

# POLYGRAPHIÆ

LIBRI SEX, IOANNIS  
TRITHEMII, ABBATIS PEA-  
POLITANI, QVONDAM SPAN-  
heimensis, ad Maximilianum  
Cæsarem.

Accessit clavis Polygraphiæ liber  
vnus, eodem authore.

*Continetur autem his libris ratio, qua potest alter  
alteri quæcunq; voluerit, non solum occultè, verum etiã  
interdum citra suspitionem significare. Ostendunt &  
Methodum tam in docendo quàm discendo vtilissimã.  
Præterea facultatem profundissima quæque artium ac  
disciplinarum mysteria intelligendi.*

ADDITÆ SVNT ETIAM ALIQVOT  
LOCORVM EXPLICATIONES, EO-  
rum præsertim in quibus admirandi operis Stegano-  
graphiæ principia latent, quæ quidem ingeniosis oc-  
casionem præbent, longè maiora & subtiliora  
inueniendi. Per virum eruditiss. D.

ADOLPHVM A GLAVBVRG, Cerea  
Patricium Francofortensem.

COLONIÆ,

Apud Ioannem Birckmannum, &  
Wernerum Richwinum.

1564.

*La Steganographia de Tritemio esta prohibida  
que es diferente desta Polygraphia como pare  
en la epistola q esta al principio pag. 3.*



6

Senza  
D



AD DIVVM MA<sup>2</sup>  
XIMILIANVM CAE-  
SAREM EPISTOLA IO-  
ANNIS TRITHEMII, AB-  
BATIS SANCTI IACOBI  
Herbipolensis, in Po-  
lygraphiam.



AE RE BAM nutans  
animo Maximiliane Cæ-  
sar inuictissimè, & mecū  
ipse aliquantulum sub-  
dubitabam, operæ pre-  
tium facturus essem nec ne, si Polygra-  
phiæ nostræ codicem, Maiestatī tuæ  
Cæsareæ dedicarem. Inter magnos e-  
nim es maximus, inter potentiores po-  
tentissimus, interque sapientes quosli-  
bet longè sapientissimus, cui propterea  
nihil est inscribendum nisi magnum,  
nihil dicandum nisi eruditione summa  
elucubratum. Ego verò nihil aut pa-  
rum eruditionis literariæ consecutus,  
haud ab re diutius hæsitavi, si tantę Ma-  
A 2 iestati



## E P I S T O L A

iestati nugas meas deberem inferre : cū  
 neque ingenio ad lucubrandum quip-  
 piam sum idoneus , neq; locutionis ne-  
 cessario lepore decoratus . Noui enim  
 & negare nō possum , quā sit mihi cur-  
 ta suppellex, ingeniū rude, ac nullius fa-  
 cundiæ vena dicendi , propter quod &  
 iusta consyderatione aliquandiu sub-  
 stiti , & apparere coram tua gloriosa  
 Maiestate scriptor ineptus formidaui .  
 Nam cum post Deum iure mundi sis  
 Dominus , mirum non est, si ego indo-  
 ctus & vltimus monachorum , censurā  
 tantæ Maiestatis tuæ metuam, & eas lu-  
 cubrationes meas , quas noui manibus  
 tuis non esse dignas, offerre pertimescā.  
 Cumq; ista mecum reuoluerem in ani-  
 mo, superuenit nuncius cum literis à tua  
 celsitudine missus, quibus me vocasti  
 ad Coloniam, sumptibus pro itinere ne-  
 cessarijs iam pridem per alium destina-  
 tis. Relictis autem serenitatis tuæ literis  
 verecundiam mox vicit confidentia, &  
 innatæ mansuetudinis tuæ consyderatio  
 metum



# DEDICATORIA.

3

metum effugauit . Noui enim tuum ingenium esse mitissimum , qui cum sis omnium modestissimus, & mansuescere humilibus soles , & reluctari superbis . Nescis inaniter extolli, nec more tyrannorum contemnere humiles , tuæ celsitudini deuotos , quoniam sicuti non habes quo crescas in terra, sic animum tuū nulla penetrabit inuidia . Maximus es , multa quoq; & magna non minùs fortiter quàm sapienter & pace gessisti & bello , quibus & nomen es consecutus æternum, & cum summi reuerentia honoris dilectione atque fauore omnium celebraris subiectorum . Hæ sunt diuitiæ principum , amor & fauor populi , & iustitiam facere singulis , secundum præceptum charitatis Dei . Cùm igitur omnes nomen tuum ad astra ferant laudibus, te mitissimum humanissimūq; prædicent vniuersi, cur mihi singulariter te seueriorē suspicarer? deinceps causa non fuit, præsertim vbi me ad scribendum epistola tua dignaris allicere. Ho-

A

3

rum



## E P I S T O L A

rum itaque pensiculatione tandem animatus, metum omnem depofui, & magnam de innata tibi mansuetudine fiduciam assumpsi. Enimuero cum omnes de fonte pietatis tuæ confidentiam hauriant, solus ego quare fiducialiter non accederem? Qui clemens, mitis, & pius semper es omnibus, mihi vni certè non poteris esse crudelis. ea igitur, qua decet quæue debeo & possū humilitate, thronum excellentissimæ Maiestatis tuæ in terram prostratus accedo: Polygraphiæ opus memoratū deuotus offero, & meā paruitatem serenitati tuæ vt seruum domino humiliter commendo. Suscipe nunc igitur clementissime Cæsar, nimis exiguum quod fero munusculū, in quo subiectissimum tibi animum meum pensiculare digneris, non censum. Sunt autem in subiecto Polygraphiæ synthemate, in locis certis nonnulla ænigmatibus inuoluta mysteria, ne sensus artis penitioris, qui latet, omniū fieret intelligentiæ manifestus. Quemadmodum nō omnes

nes



# DEDICATORIA.

4

nes omnia decent, ita nec cūctis passim  
cūcta semp conueniunt. Sunt ergo quę  
dā isthic introclusa mysteria, quę meo  
iudicio, nullis quā principibus viris vti  
lora esse possunt, & magis necessaria.

Quo enim pluribus sunt intenti, eo con  
silijs maior est adhibenda cautela secre  
ti. Nam iste liber principes docet arca  
nis suis imperare secretū. Verum quia  
Cæsarea maiestas tua multis occupata,  
tempus non habet ea perscrutandi quę  
latent obuoluta mysterijs, ne mei priue  
tur fructu laboris, enucleatorium totius  
operis libellum apposui, quē Polygra  
phię clauem prenotavi, quo duce faci  
lius omnia intelliges figuris isthic ob  
strusa. Deus incolumē te ad nostram  
conseruet salutem. Scripsi xxvj.

die mensis Aprilis. Anno

Christi. M. D. V I I I.

\* \*

A 4

PINAX



PINAX SIVE INDEX  
LVCVBRATIONVM IOAN  
NIS TRITHEMII, PRIMO  
SPANHEIMENSIS, AC PO-  
stea Sancti Iacobi Herbi-  
polensis Abbatis.



IOANNES Trithemius Abbas in  
uilla Tritenheim, Treuerensis dio-  
cesis ad ripas Mosellæ fluminis na-  
scitur, prima die mensis Februa-  
rij, hora undecima, minuto trice-  
simo post meridiem, anno domini  
cæ natiuitatis millesimo quadringentesimo sexagesimo  
secundo, indictione Romanorum decima: patre Ioanne  
de Heidenberg, matre uerb dicta Helisabeth de Longo-  
uico, eo uidelicet anno quo Moguntia ciuitas in dissen-  
sione duorum Pontificum capta, libertatem perdidit, &  
seruitutem inuenit, multis ciuium in exilium actis: anno  
Pij Papæ eius nominis secundi, currente quarto, & Fri-  
derici tertij Imperatoris uicesimo secundo. Anno autem  
Domini Millesimo quadringentesimo octogesimo secun-  
do, in Monasterio Spanheimensi Moguntinæ diocesis,  
prima uidelicet die Februarij, qua olim fuerat natus, ha-  
bitum secularem deposuit, & monasticum sub norma  
D. patris Benedicti de obseruantia nouiter introducta,  
illic



illic assumpsit. Sequenti anno, qui fuit octogesimus tertius supra quadringentesimum atq; millesimum, Ioanne de Colenhusen abbate ad Selgenstat canonica postulatio-  
ne translato, Ioannes Trithemius communi fratrum electione, in abbatem memorati cœnobij Spanheimensis, quarto calendas Iulij promotus & ornatus præfuit annis uiginti tribus, mense uno, diebus decem & nouem. Quibus euolutis, non sine laboribus multis, quorundam æmulorum temeritate prouocatus, abbatiam sancti Iacobi Herbipolensem, quæ illi offerebatur, assumpsit, & Spanheimensem curis inutilibus plenam, spontanea uoluntate resignauit. Vtrobique plura conscripsit opuscula, è quibus mihi sua manu in scedula nuper consignauit subscripta. Quorum tu cum à me titulos amice postules, tuis libenter annuo uotis, quo communis amici & præceptoris nostri memoriam, ex consyderatione tantorū laborum eius habeas strictiorem. Et primo quidem lucubrationum earum titulos consignabo, quas in Spanheim abbas existens laboriose composuit. Scripsit in primis constitutiones ordinis sui, quæ factæ fuerunt in capitulis prouincialibus iussione præsentium, librum unum. De uisitatione monachorum, librum unum. De modo celebrandi capitulum prouinciale, librum unum. In regulam sancti Benedicti, libros duos. Homelias & sermones exhortatorios ad monachos suos, libros duos, quos antecessori suo dicauit. De tentationibus claustralium, & remedijs earundem, libros duos. Ad Nicolaum presbyterum

A  
opra si  
teniq.



## LVCVBRATIONES

rum Mernicensem de uita sacerdotali, librum unum. Cōtra peculium monachorum, librum unum. De uanitate & miseria huius uitæ, librum unum. Opus penthicum, id est lugubre de ruina ordinis sui, librum unum. De illustribus uiris sui ordinis, libros quatuor. Laudes ordinis fratrum Carmelitarum, libros duos. Ad Gerlacum abbatem Tuitiensem laudes scriptorum manualium, librum unum. Ad Ioannem Dalburgium, Vuormaciensem episcopum, de scriptoribus ecclesiasticis, librum unum. De laudibus sanctæ Annæ auie domini, librum unum. Ad quæstiones Rutgeri Sicambri canonici Dumetis, libri unum. Chronicon monasterij sui Spanheimensis, non paruum uolumen, librum unum. Chronicon siue annales monasterij Hirsaugiensis, duo uolumina magna. Chronicon successionis ducum Bauariæ, & comitum palatinorum, ad Philippum Palatinum comitem, principem electorem, librum unum. Vitam sanctæ Hirminæ monialis, & primæ abbatis in horrio Treuerensi, librum unum. De miseria prælatorum claustralium, libros duos. Laudes S. Andreæ apostoli, librum unum. Laudes sancti Ioseph nutritij domini, librum unum. Laudes sancti Benedicti abbatis, librum unum. Laudes uitæ monasticæ, librum unum. Laudes ueræ poenitiæ, librum unum. Laudes studij diuinarum scripturarum, librum unum. Monologion hominis deo deuoti ad seipsum, librum unum. De miraculis sanctæ matris Annæ librum unum. Ad Vdalricum canonicum Coloniensem super quæstionibus in euangelium



angelium Ioannis, lib. unum. Ad eundem super quæstionibus psalmorum, librū unum. Ad præsidentes capituli annalis de obseruantia Bursfeldensi, abbreviauit statuta eiusdem unionis, librum unum. Spirituale monachorum exercitium, librū unum. Epitoma seu breuiarium eiusdē, librum unum. De computo ecclesiastico, librū unum. De illustribus Germaniæ scriptoribus ad Iacobū Vuympslingū Rhedapolitanum, lib. unum. Epistolarū Spanheimensium ad diuersos, lib. quatuor. Orationes in capitulis & alibi habitæ, sunt numero quatuor et uiginti, quæ faciunt lib. unum. Sermones ad fratres suos Spanheimensis coenobij scripsit quadraginta numero pulcherrimos, librum unum. Sermones in diebus festis ad populū, librū unum. Orationes ad deum et sanctos supplicatorias plures, librū unum. E Græco sermone traduxit in Latinum, Maximum Abbatem de incarnatione domini. Anathemata quoq; sancti Cyrilli archiepiscopi Alexadrini, contra hæreticos in tertia synodo Ephesina promulgata, Et eiusdem synodi quasdam epistolas. Scripsit etiam pro edificatione monachorum notabile opus, quod prænotauit de triplici regione claustralium, libros tres. Scripsit & alia quædam minora opuscula, quorum ad me titulos nō signauit. Hæc sunt Nicolae frater amantissime, Tritheimiana opuscula, quæ per annos tres & uiginti abbas existens lucubrauit in Spanheim, ad dei honorem, in medio curarū & cōtinuari famularis occupatione: legens aut scribens die ac nocte, quotiens sibi otium licuit subfurari.

Maxi



## L V C V B R A T I O N E S

Maximum librorum in omni facultate thesaurum Spanheimensi bibliothecæ per annos quibus præfuit, importauit, non solum arte impressoria, sed etiam manu scriptorum: Nam cum essem apud eum, unius anni spacio, pro discendis ab eo literis Græcis atque Hebraicis, duo milia numeravi bibliothecæ uolumina, quorum ad minus octoginta calamo in pergameno & papyro decenter fuerunt conscripta. Audiui sæpius ab eius ore, quod plus quàm duo milia florenorum pro libris exposuerit, quos non de Monasterij substantia quæ ualde semper fuit exilis, acceperat: sed cum multis & notus & charus esset principibus, munera quibus honorabatur ab eis, ut plurimum pro libris exposuit. Maximus enim librorum amator & cultor est supra omnes, quos ego noui hodie in carne uiuentes. Dicitur autem à multis, quod eius successor, qui nunc est abbas in Spanheim, uolumina plurima alienauerit, quod an sit uerum, certè mihi minimè cōstat. Anno domini millesimo quingentesimo quarto, cū inter regnum et Philippum comitē Palatinū atrox fuisset bellum exortum: Trithemius hostium metu, cum sua bibliotheca & rebus monasterij, ad Cruciniacum proximum secessit oppidū, & ego similiter ad mea fui reuersus. Anno autem sexto supra quingentesimum atq; millesimum, de mense Octobri Trithemius ipse quorundam inuidia stimulatus, abbatiam sancti Iacobi apud VVirciburg accepit, & Spanheimensem resignauit. Vbi uaria scribit quietus, quorum ad me titulos nuper istos trans-

misit



misit rogatus. Ad Maximil. Cæsarem opus mirandū ædidi-  
dit, quod Polygraphiam prænotauit, libros sex. Ad eun-  
dem eiusdem Polygraphiæ clauem, librum unum. Respō-  
siones ad octo quæstiones eiusdem Cæsaris, librum unū.  
Ad eundem de septem intelligentijs mouentibus orbes,  
librum unum. Ad Ioachim Marchionem Brandenburgē-  
sem principem electorē, uariarum quæstionum, oratio-  
num, & propositionum libros uiginti. Ad eundē de præ-  
notationibus licitis Christiano, & non licitis, libros duos.  
Ad eundem scripsit mirandum et laboriosum opus illud  
Steganographiæ libros octo, quod temerarius ille Bouil-  
lus nō capiens, imperitissimè & falsissimè repræhendit.  
Ad eundem principem epistolarum librum unum. Ad  
eundem cōtra maleficos, & omnes artes, & superstitiones  
ab Ecclesia prohibitas, libros quinque. Ad eundem de  
causis & cura morbi caduci, ac maleficorum, libros tres.  
Ad Iacobum Trithemium fratrem suum itinerarium uitæ  
sue, libros duos. Ad Burghardum de Hornec medicum de  
peculio monialium, librum unum. Historiam siue annales  
de Origine, Regibus, & gestis populi Francorū & Ger-  
manorum scripsit tria magna uolumina, narrationē in-  
cipiens à Marcomero rege, qui populū anno ante incar-  
nationem domini quadringentesimo tricesimo tertio, à  
Scythiæ finibus in Germaniam eduxit ad ostia Rheni,  
usq; in uicesimum octauum & nonum annum Maximil.  
Cæsaris. Ad Laurentium VVirciburgensem Episcopū,  
orientalisq; Franciæ ducem, epitoma siue breuiarium  
scripsit



## L V C V B R A T I O N E S

Scripsit eorundem trium uoluminum historiarum, libros  
 tres. Ad eundē de ducibus & episcopis Francorū Vuirci-  
 burgensiū, librum unū. De miraculis ad memoriam domi-  
 nę nostrę sanctę Marię apud Dittelbach ostensis, libros  
 duos. De miraculis eiusdē in urticeto apud Helprunnā of-  
 stensis libros sex. Apologeticū in Carolū Bouillū, ea quę  
 nō intellexit calumniantē, lib. unum. De origine & regi-  
 bus Francorū, lib. unū. Chronicon monasterij sui, cui nūc  
 præsidet, D. Iacobi apud Vuirzburg, lib. unū. Ad Alber-  
 tum ex marchionibus Brandenburgij, archiepiscopum  
 Moguntinum et Magdeburgensem, uitam diuini Rabani  
 archipræsulis, lib. tres. De eiusdē à Magunciaco transla-  
 tione in Saxoniam, lib. unum. Ad eundē uitam sancti Ma-  
 ximi episcopi, lib. unum. Ad Ioannē comitem palatinū,  
 Bauarięq; ducem, et comitē in Spanheim, apud Symeren  
 residentē, de origine, regibus, ac ducibus Bauarorū simul  
 & comitum palatinorum & Spanheimensium, lib. qua-  
 tuor. De demonibus & artibus profanis, maleficis & su-  
 perstitiosis laboriosum opus uersat in manibus, quod li-  
 bros habebit duodecim, in quibus omnia diabolicarū ar-  
 tium uasframenta explodit, cōfundit & euertit. Episto-  
 larum Herbipolensium, quas in ea scripsit abbatia, libros  
 quatuor. Scripsit etiā alia minora cōplura, suę & amico-  
 rum deuotioni cōgrua, ut sunt. Cursus, rosarium, missale  
 officium, & uarię orationes, simul & prosę siue sequen-  
 tię de S. Anna saluatoris nostri auia. Scripsit & de S. Ma-  
 ria Magdalena laudes, preces atq; rosarium. De S.  
Ioseph



Ioseph nutritio domini rosariū. De S. Petro apostolo rosarium. De sancto Ioāne euangelista rosarium. Ad instantiā Ioannis archiepiscopi Treuirorum sequētiā de Anna, quæ incipit, Iesu coelorum regis, sub melodia, Ave præclara. Aliā in eius festo canendam: quæ incipit. Exultent in hac die. Tertiam ad provincialem Carmelitarum Augustæ, et incipit, Iubilemus in honore. Quartā de sancta Hildegardē uirgine, quæ sic incipit, Laus sit tibi domine rex eternæ gloriæ. Quintam de sancto Ruperto Bingiorum duce: quæ incipit, Exultent in hac die. Sextā de sancto Ioseph nutritio domini: et sic incipit, Canteamus inclyti. Septimam de sancto Rabano archiepiscopo. Octauam de uulneribus Christi: quæ sic incipit, Iesum Christum adoremus, crucifixo comploremus. Nonam de compassione beatæ Mariæ semper uirginis: et sic incipit, Eia ploremus mente pia, beatæ uirgini Mariæ compatientes: Sub melodia scilicet, Ave præclara. Decimam de sancto Ioachym genitore nostræ dominæ: quæ sic incipit, Trinitatem adoremus, unitatem collaudemus patris, nati, spiritus. Undecimam de bono cuiusque hominis angelo proprio. Duodecimam in propria missa cuiusque sacerdotis. Tredecimam de sancto Maximo, episcopo Moguntino. Quartamdecimam de sancta Martha uirgine, Christi hospita. Quintamdecimam de sancta Maria Magdalena. Sextamdecimam de sancta Maria ægyptia. Septimamdecimam de sancto Iacobo maiore apostolo. Octauamdecimam de sancto Andrea apostolo.  
Nonam



## LUCUBRATIONES

Nonamdecimam de sancto Benedicto abbate. Vicesimā de omnibus sanctis. Et de singulis nominatis memorijs & sanctis, officia missæ singula composuit noua, diuinis scripturis cōformia. Scripsit præterea meditationum et orationum dominicæ incarnationis, natiuitatis, uitæ, passionis & mortis opusculum, deuotioni conueniens, libros duos. Speculum cœlestis doctrinæ, compunctioni mentis non parum deseruiens, librum unum: qui sic incipit, Salutis humanæ principium. Multas quoq; deuotissimas meditationes & orationes de Domino nostro Iesu Christo, de sanctissima eius genitrice uirgine Maria, atque de uarijs sanctis pulchra uarietate composuit: cum ingentibus alijs, quæ uidebit & mirabitur deuota posteritas omnis. Hæc sunt mi Nicolae charissime Trithemij abbatis nostri uolumina, quæ per annos ferè triginta duos, continuo lucubrauit studio: præter illa quæ nondū perfecta in manibus uersantur sub incude mihi incognita. Vale, ex ædibus meis Duraclusanis:  
quinta mensis Octobris, Anno salutis  
nostræ millesimo quingentesimo  
quintodecimo, Ioannes  
Duraclusius.

Ex Epistola Ioannis Duraclusij discipuli eius, ad Nicolaum Hamerium Emelanum.

IOAN-



IOANNIS TRI-  
THEMII ABBATIS DIVI  
IACOBI HERBIPOLENSIS  
IN POLYGRAPHIAM AD  
Maximilianum Cæsa-  
rem præfatio.

\*



**I**EGIMVS complures veterum sa-  
pientes, Philosophos, Reges & Principes, olim varios atque multiplices exco-  
gitauisse modos, quibus nuncijs suis ad  
loca remotiora mittendis tutò commit-  
terent arcana consilij, & quicquid mysterij confidendum  
occurrisset secreti, quo fierent in perferendis idonei, atque  
ab omni prauorum incurfione securi, ne vel simplicitas  
cabalisticorum denudaret mysterium, vel bacuceorum  
innata curiositas apostolicis rebus inferret detrimentũ.  
Magnus ex his Romanorum Cæsar Augustus, tenebroso  
cupiens in arduis vti nunciorum ministerio, spiramina  
vocis conceptæ mutauit ex lucidis in opaca, quorum bar-  
bariem votis renitentẽ, metatheseos orchestrate pulchra  
inuentione ad nutum conuenientem effecit. Et iste rece-  
ptiuus & quasi perpetuus ordo thelemati nihilominus  
& temporis rationi subiectus, quanquam nuncios ab in-  
cursione bacuceorum conseruet in via securos: sui tamen  
regulatas non custodiens metas, intuentes faciet omnes  
de suspitione rei sollicitos. Archimedes ille Syracasius  
B mathea



## PRAEFATIO AD

*matbematicorum facile princeps, albam suis cōnvenientē institutis volucrem, nudam per caput & pedes, baculo in formam tetragoni reciso, circumferēter affixit, ordinatisq; debita proportionē ministris, opus volatili commendauit instrumento, donec in picam imago velucris albæ mutata comparuit. Quo ritē peractō, resoluit affixam suam manu, quam vt auolare permisisset, facta est subito inter familiares penetralium facies disiunctio magna, surrexit quæ mox tortuosæ imaginis monasticæ prius monstrū nimis vagabundū, cuius in aspectu nemo quod erat, potuit cogitare. Nec prius conquieuit bubonum dissensio, donec imago magistri, picam scitē religasset tetragono consimili. Marcus T. Cicero facundus orator, ingenio vsus & arte, pbraseos minutias commutauit in signa & thelematos sui pbilergiam siue characterem pro vsitata pbrasi locauit. Tanta verò in hac ipsa nouitate vsus est copia, vt rebus pene cunctis in mūdo, eius sufficere possit inuentio. His autem mysteriorum prænunciatoribus artis institutio mirandam contulit agilitatem, vt præter naturam omnium solidis vtantur gressibus pedum, & non per minutias vel momenta, sed gradibus integris bonæ magistri subseruiant voluntati. Quorum rex tutissimè vtī semper potest obsequio, quamuis non sine magno labore, manifestaq; bacuceorum suspitione. Cyprianus verò Carthaginēsis ecclesiæ sanctissimus præsul & martyr, ipsa Ciceronianæ institutionis documenta, Christianorum volens prouidere vtilitati, haud mediocriter ampliauit, & quæ nostris defuerant moribus, adiunxit.*

*Pbaramundus quoque tertius & quadragesimus post  
 Marco*



## MAXIMIL. CAESAREM. 10

*Marcomerum, Francorum in Germania rex potentissimus, cum anno dominicæ natiuitatis quadringentesimo vicesimo quarto, fines Gallorum potenter intraret, ut fierent omnia tuto, suis arcanis alligauit minutias peregrinas.*

*Clodius etiam Crinitus Pharamundi maior natu filius patri succedens in regno Francorum, posteaquam totam Galliam suo violenter subiugasset imperio, Gallos omnes ut victos & seruos depilari, & barbaradi præcepit, Francos autem Gallorum victores & dominos, eamam nutrire mandauit, & barbā: Vnde & crinitus est dictus, imitatione genitoris mysteria consilij notis inuoluit proprijs ac peregrinis.*

*Carolus Magnus cognomine, tertius & sexagesimus post Marcomerum Francorum rex, qui primus ex Frācis imperauit Romanis, Nannone grammatico præceptore, linguam germanicam, quæ illi fuit paterna, instar latinæ cupiens regulis exornare Grammaticis, arduum opus incepit, quod tamen multis implicitus, & morte præuentus non perfecit. Bubones minutijs alligauit & varijs, & multis, quo maiorem Brabantia natum, siue Namurci Germania non habuit. Singulis regni præfectis, singulos contulit arte bubones. Nortmanni ex Gothiæ finibus egressi, cum olim crudeliter Galliam deuastarent, vocatis è Græcia bubonibus, tutum suis latibulum parauerunt arcanis, quod hodie paucis est notum.*

*Beda noster in Anglia monachus, Nortmannorū facti nō ignarus, plura his similia veterum descripsit inuenta.*

B 2

quibus



## PRAEFATIO AD

quibus iter mysterijs lucidum fecerunt opacum. Ipse astrologiam primus memoriae posteritatis commendauit, & daedalogiam inuenit. Fuerunt qui accidentijs visibilibus minuta discernere, quorum prudentia nox vertebatur in diem, & sine bubonum ministerio lux splendebat in tenebris. De his autem steganographiae nostrae quondam sollicitator illustris comes palatinus princeps elector, documentum à nobis probati manifestum suscepit experimentum.

Alij uerò minutias diuisione regulata multiplicantes, barbarorum ad instar, naturae schemata subuerterunt, in tenebris orchemata nascentium umbra secretantes, & ubi consilij requirebat arcanum, per diapyramata cabalam subministrabant absentibus.

Magnus in his labor est annosaque mentis exercitatio longa, in qua nemo sit repente peritus ad usum. Omnia necessitas suffert. Fuerunt etiam quos harmonia caelestis peregrinas docuit componere uoces, quarum duplex fuit intelligentibus usus, dum alter sensum suspendebat, alter in aethera mentem. Deus omnia potest. Conati sunt plures in umbra sine lumine quærere lucem, minime tamen potuerunt, quia sepultus iacet in cineribus ignis. Nonnulli exercitati laruarum pictores, ventum unum in duos distinxerant ad punctum, quorum alter misophos in tenebris latitat semper, alter uerò lucis amator philosophos tenebras odit, lucem diligit, arcanum bubone custodit. Rursus Beda fuerunt contestante nonnulli, quorum intentio progrediens ad latiora, inuisibilem oculis ventum rebus colligabat uisibilibus, & vegetabilia multa, nec mi-



MAXIMIL. CAESAREM. II

us lapides atq; fruteſta, quæ uocibus carent, lingua co-  
gebat loqui humana. Quid inferam bruta, cum arti ob-  
temperent cuncta? Hoc arcanum omnibus inuentis hæte-  
nus iure præfertur, per quod occulta myſteriorum robur  
aſſumunt atq; virtutem. lubet tamen ratio magnum ab-  
ſcondere paruis, & margaritas nullatenus committere  
porcis. Ex nihilo nihil reportatur. Nota viſibilium rerũ  
multitudo eſt magna, nobis verò manent inuiſibilia re-  
mota, ſi prudenter illis coaptentur iſta, mens hominis il-  
luminata cognosceret & intueretur miranda. Verum de  
his plura tractare non eſt præſentis præpoſiti, quæ cum  
ſint maiora & grauiora, requirunt aliud opus & tem-  
pus. Matbias Vngariæ potentiſſimus rex & durior ada-  
mante malleus Turcarum, qui noſtro æuo multa cum ho-  
ſtibus crucis Chriſti victor prælia geſſit, ingenio & arte  
miranda reperit plura, bubones periphrasmatibus orna-  
uit, ſua tenuit myſteria, multiplici varietate ſecreta, ho-  
ſtium vero conſilia deſtruxit induſtria manifeſta. Sa-  
pientiam prætulit auro, propterea ſemper victor glorio-  
ſus triumphabat. Adeſt viro ſapienti mens ſana in cor-  
pore bene morigerato, quæ deſiderio ſublimioris intelli-  
gentiæ ſurſum acta, cum per ſimilitudinem binarij à ter-  
nario redierit in vnitatem, deinceps iam facile ad dena-  
rium conſurget. Pythagoras Samius ille philoſophus, di-  
ſcipulos monuit non eſſe quaternarij obliuiſcendum, in  
quo prima numerandi perfectio comprehenditur. Sic ete-  
nim numeramus, Vnum duo, tria, quatuor. Siſte men-  
tem, habes nanque decem. Denarius enim perfectionis eſt  
caput. Quid ſunt undecim, niſi denarius & vnitās?

B

3

Quid



## PRAEFATIO AD

*Quid viginti? Bis decem. Quid triginta? Ter decem. Quid quadraginta? Quater decem. Centum habes, & à quaternario minimè recessisti. Et quid sunt centum, nisi decies decem? Profunda in his latent mysteria, & paucis sunt manifesta. Anore breuitatis silentio plures præterimus, qui naturam arte iuuant, arcanis prudentiam adhibuerunt, & quod nescientibus multis videbatur impossibile, sagaci studio in vsum facilem produxerunt. Culta mens grandia potest, & qui adhæret deo, intelligentia fit mundo altior. Multa sunt mysteria regum, & curis plena consilia, in quibus confidentia requiritur & fides, quæ rara nocet credenti. & dubium etiam cum adest, sæpius admittit. Operæ precium idcirco fuerit principes omnes philosophos esse, atque singulari præditos sapientia, iustos, mansuetos, beneuolos, & munificentia insignes, ut nec alios ipsi velint decipere, nec ab alijs facile quæant supplantari. Sola prudentiæ comes iusticia, principem efficit gloriosum. Ad memorati principis, & domini electoris Philippi Comitæ palatini, Bauariæque ducis instantiam, ego Ioannes Tritheimus, nunc abbas monasterij sancti Iacobi apud Wirceburg, tunc verò diui Martini præsulis in Spanheim Moguntinæ diœcesis, octo mysteriorum libros in steganographia scribere cæpi. Me autem in tertio iam libro eiusdem operis lucubrationem continuante, res contigit, quam breuiter si potero, sum dicturus. Anno dominicæ natiuitatis millesimo quadringentesimo nonagesimo nono, indictione Romanorum secunda: sciscitanti per epistolam Arnoldo Bostio Carmelitæ Gandauenfis oppidi, quid noui æderem, quibûsue studijs occuparer, altera*  
*pal.*



palmarū die per mercatores vt amico rescripsi, me habere sub incude nouum & mirandū steganographiæ opus, & quid in singulis contineretur libris, per ordinem reseraui. Verum prius quàm epistola mea peruenisset Gaudauum, Bostius in diebus pascalibus è vita migravit ad Christum. Cuius loci prior literas accepit, aperuit, legit, promissorumq; nouitate (vt reor) attonitus, multis alijs rogantibus legendas & rescribendas cōmunicauit. Hinc est factum quod ipsa epistola mea, breui tempore per totam penè Germaniam & Galliam diuulgata, sæpiusque à pluribus rescripta, multos etiam doctissimos viros conuertit in stuporem & admirationem, vsq; adeò vt quid cum veritate sentire deberent, de me hæsitarent. Ex his fuere nonnulli qui meas in dicta epistola pollicitationes constanter asseuerarent friuolas, impossibiles, atq; mendaces, & à me inanis gloriæ causa impudenter excogitatas.

Alij verò dicebant: Magna & miranda pollicetur iste abbas Tritheimius, quæ si potest, non aliter quàm dæmonum ministerio potest, cum naturæ metas procul videantur excedere. Si verò non potest, quis eum dubitabit esse mendacem, & ab omnibus viris bonis & doctis merito refutandum? Sed absit procul vtrumq; à me, quoniam naturalia promisi. Omnium verò incognita mea temerè iudicantiū, maximè temerarius, & iniquissimus rerū aestimator tandem prorupit in medium, Carolus Bouillus, natione Picardus, qui cum superioribus partibus Alsatiæ peragrans, ad me gratia hospitij venisset in



## PRAEFATIO AD

*Spanheim per Treuiros rediturus in Galliam, qua poteram humanitate ipsum tractavi, & omnia hospitalitatis beneficia, quamdiu mecum fuit, hilari vultu exhibui. Cumque ut fieri solet inter amicos maximè literarum studiosos, omnia mea gratissimo hospiti exhibuissem vendenda, cum alijs se obtulit etiam memoratum opus steganographiae, necdum eo tempore consummatum. Vidit Bouillus, & obiter legit, mente aliunde occupatus se ad inuentum mirari dixit, laudauit, nec quo intelligeretur modo, curauit. Unde cum non peteret intelligentiae clauē, nihil eorum quæ continebantur ipsa lucubratione nostra, meruit audire vel percipere. Reuersus post hæc in Galliam, malum nobis pro bono reddidit, & Christianæ fœdus amicitiae turpiter violauit. Interrogatus enim per dominum Germanum de Ganay, communem amicum, postea Episcopū Aurelianensem, quid apud me reperisset, vidissetque in Spāheim, falsa pro veris, mendacia pro beneficijs rescripsit, damnans & temerè iudicans ea, quæ cōprehendere intellectu minime valebat. Nam cū doctrinæ sibi palmā inuidia & mendacio crederet fore conferendā, epistolam ad memoratum virum doctissimum falsitate, mendacijs, iniurijs & contumelijs multis plenam rescripsit, in qua non intellectæ steganographiae mentionem faciens, me prauis artibus deditum, magnum & necromanticum falso, mendaciter, & nimis iniuriose temeraria præsumptione proclamat. Cuius mendacissimis iniurijs & blasphemijs, Deo miserante, breui taliter sum responsurus, quo intelligat omnis posteritas & me innocentem, & Bouillum impium, crudelem, & temerarium esse*

*in*



# MAXIMIL. CAESAREM. 13

in hac parte mendacem. Constanter affirmo, veraciter dico, & confidenter in animam meam iuro, cum dæmonibus, prauis ac pernitiōsis, magicis vel necromanticis artibus me nullum vnquam habuisse cōmertium: sed omnia & singula, quæ vel scripsi, vel scripturum me sum pollicitus, pura esse, sana, naturalia. & Christianæ fidei in nullo penitus aduersa. Vnde non vereor mea promissa corā viris bonis & doctis, quādo & quotiens opus fuerit, dare examini, quorum determinationi nullatenus intendo reluctari. Quod hāc Bouillanæ temeritatis historiam huic præfationi meæ interposui, causa rationabilis fuit, vt intelligant omnes maturo factum consilio, quod hactenus manet in tenebris opus steganographiæ sepultum, non quod temeraria Bouilli iudicia metuam: sed ne causam pluribus videar dare similibus de me similia suspicandi. Enimuerò quantum ad me attinet, mallem æmulos meos placare silentio, quàm literis irritare vel scripturis ad insaniam prouocare. Satiùs enim iudicaui, omnia mirabiliter inuenta perpetuo damnare silentio, quàm magica vel necromantica pernitiōsa superstitionis notam, falsa etiam hominum æstimatione incurrere. Lateat ergo steganographia in tenebris, nec fiat Bouillanæ societati mēdaci communis, quæ de rebus iudicare consuevit incognitis, & deprauare famā boni viri sola libidine prauitatis. Veruntamen cohortantibus amicis, vt cum Bouillo intelligant æmuli nostri quam temeratam & eumentitam nobis iniuriam fecerit (manente suis in terminis steganographia) subiectum opus, quod Polygraphiam nuncupamus, per sex libros distinctum, in lucem ædere consentimus,

B

S

mus,



## PRÆFATIO

mus. Legant qui volunt, & sine stomacho legant hoc volumen amici, cuius cum latentia mysteria intellexerint omnia, ipsi absq; inuidia sint iudices, naturalia sint an superstitiosa. Scio enim & certus sum omnia esse sincera, pura, naturalia, & ab omni studio superstitionis malæ remota.

Quotiens autem sermo præcedit obscurior, ea fit ratione, ne gladio defensionis vesanus abuteretur ad interitum, quem animo & mente sanus ad sui defert munimentum. Nihil tamen propterea in eo continetur mali, cum bonis etiam rebus in malum abutantur peruersi. Quisquis autem hanc æditionem nostram cõdemnare præsumpserit, ipse sibi conscius est & testis, quod eam nunquam veraciter intellexit. Celantur sub enigmatibus mysteria, ne bacuceis fiant bubonum arcana quomodolibet manifesta. Si quem hæc scire delectat, remota procul inuidia lector accedat.

Sum enim Christianus, sum presbyter sub norma diui patris Benedicti & monachus, Christum diligo, & quæ possum sinceritate mentis deuotus semper adoro, nulla mihi sunt, nulla fuerunt, & protectore D EO nulla erunt cum dæmonibus commertia, nulla in magicis, necromanticis, seu profanis artibus studia, nullæ occupationes, nulla documēta. Qui de me aliter sentit, malè sentit,

iniuriam facit, & apertum Bouilli mendacium defendit. Sed iam nunc ista missa faciamus,

& quid in vnoquoque Polygraphiæ nostræ libro contineatur, per ordinem enarremus.

PINAX



PINAX SIVE INDEX  
EORVM QVAE IN PRIMO  
LIBRO TRACTANTVR.

**I**N primo huius Polygraphiae nostrae libro dictiones latini sermonis, quotquot cernuntur, per ordinem ternarij nostri locantes distribuimus: quarum usu & ministerio cuncti per orbem principes in quibuscumque arcanis tutum reperient obsequium, quod sine periculo mysterij, sine nota, & sine suspitione bacuceorum, perpetuo manebit occultum. Bubonibus constat his iter tutum, & nulla unquam indagatione cuiusquam violandum. Duobus tantum scientia rei latentis conceditur, si binarius scite ad monadem reuocetur. Ignorantia est mater erroris & qui bonum discere contemnit, quod nescit, amat cecitatem. Sunt autem ipsa periphrasmata in modum porrecta vel morientis, vel supplicantis, quae ad omnem huius mundi visibilem possunt materiam variari. Singulis enim sunt apta mysterijs, & Graecorum non secus ac nostris praeponuntur arcanis, cum ea intellexeris quae vides, non temere contemnas latentia quae non vides. Accidentia certis, substantia manet inuisibilis. Vnde maiora latent, minora intuentibus patent. Quod cum ratione sit factum, nemo vir bonus in malum recipiat, cum omnibus idoneus ex his ad altiora possit, modo velit, proficere. Mibi autem hac vice non placuit altiora in lucem profundere, cum importunum tempus videatur obuiare. Latini alphabeti literas per ordinem singulis dictionibus ea consideratione praeposui, quatenus

¶



## P I N A X

& operator modum habeat in proposito facilem, & recte  
 procius in relatione à labore nimio releuetur. Paraphras  
 mata quæ opposita sunt extra rectum ordinem linearū.  
 non vacant à mysterio artis, quoniam lucisfluis deseruiū  
 propositionibus ad perfectionis necessariae consumatio  
 nem, non opacis. Propterea quoque assumuntur in illis,  
 negliguntur in istis. Ipsa enim certa sunt media quibus  
 tollitur omnis suspicio aduersantis. Omnia ratione sunt  
 posita, ut nec vna quidem propositio introducatur otios  
 sa. Quanto exēpli gratia, sol ab æquinoctiali circulo plus  
 progreditur, tanto habitantibus in illis regionibus dies  
 prolongantur. Propterea ut vnitas ordine recto progres  
 diatur mediante ternario in binarium, paradigma quod  
 tradimus, est diligentius obseruandum. Et primo quidem  
 intentionis suæ operator intelligens consyderatione præ  
 habita, quid ternario per binarium sit concessurus anim  
 aduertat, diem cum nocte per minuta diuidat, ventorum  
 que minutias, nō aliena sed propria phraseos suppositio  
 ne distinguat. In quolibet negotio mystico diligenter ca  
 ueat, ne constitutum artis peruertat ordinem, nec para  
 phrasmatum alterum supponat pro altero, nec vni con  
 cedat alteri debitum, alioquin vnitas binarium non ad  
 mittit, eritque confusa & inutilis operatio tota. Non sit  
 nimia prolixitate nox vaga, non progrediens instabis vl  
 tra constitutos arte sibi terminos, non aquam curiositas  
 permutet in niuem, nec dormiat in die qui noctem vigilat.  
 Mens ingenio sollicita, vtatur & arte, ne manus commit  
 tat sua leuitate errorem, qui modicus & paruus in mon  
 de, multus semper & maximus in binario consuevit ap  
 parere.



parere. Vnum de quolibet ordine paraphrasma, in ministerium arcani duntaxat admittitur, cui servitoris exemplo, quotiens luminis particula diei exposulauerit, phrasis vna similiter subbærens, non plures assumuntur. Hæc animo sunt commendanda vigilantibus, cauendumque ne ventus animetur. Norma post hæc præscribitur accedenti artis ad practicam, vt vnâ hominis personam ex duabus constantibus naturis, anima scilicet visibilia superante, & carne visibili manente, quantum præualeat, arte mystica imitetur. Nam sicuti anima non videtur, licet in corpore sit constituta visibili, ita mentis arcanum vt secretum maneat, & operetur nihilominus ad placitum, luminis ductum requirit, per durans in suo ergasterio tenebrarum. Quotiens ergo ministrat animæ corpus, domino seruus, rationi voluntas, fac seruetur in suo vigore naturali principalis in lumine paraphrasmatum potestatis virtus. Hoc enim documento Peripateticorum primus rite ad secundum & monas intrabit binarium. Consequenter item monemus volentem, vt quoties à vento mouetur folium, vtriusque proprietatem naturæ discernat, ipsamque noctem diei per gradus & minuta comparet, ac luci tenebras conformet. Quod si phæbus nocti, aut nox præiudicia cauerit soli, per quod eclipseos confusio nasceretur, aut vanitas resumat binarium, quem dimisit in lumine, aut umbra noctis ad primam reducatur lineam solis. Memoria tene fixum, quicquid est vsquam in numero, pondere, & mensura productum. Cum ergo memoratæ difficultatis nodum incideris, minutias numera noctis, paraphrasmata quoque nota diurni luminis, & sic alterum ex altero distema



## PINAX LIBRI I.

*Stempera, vt sequatur actioni proportio necessaria. Caue  
ne durante solis eclipsi, necessarium intermitias labo-  
rem. Non minus attende, vt priscorum sis memor pa-  
rentum, Thuysconis, qui nepos Noë, pater est Theu-  
tonum, & Marcomeri, qui primus de Scithiæ finibus in  
Germaniam ad ostia Rheni populum adduxisse legitur  
Francorum. Sunt enim Franci fratres Græcorum, &  
intermixti Germanis, linguas ex vna duas olim efficien-  
tes. Vnde iuxta oraculum g. g. g. suscipiunt, qui g. va-  
num amiserunt. Nouissimæ studiosus Polygraphiæ mo-  
neris inquisitor, vt posteaquàm cupidus harum inuen-  
tionum, verum operandi modum consecutus fueris,  
cuncta prouidè custodias, nec ea passim in omnium ma-  
ximè spurcorum hominum noticiam profundas.*

*Quam ob causam non interrogas, cum  
scias nihil in mundo esse tam bonum  
& sanctum, quo reprobi non  
sæpius abutantur in  
malum.*

✱

EORVM



16

# EORVM QVAE

IN SECVNDO POLY-  
GRAPHIAE LIBRO TRA-  
ctantur, indicium.



**I**n secundo Polygraphiae libro, nihil à primo  
noui componitur, in quo solius diei paraphras-  
mata variantur. Propterea quicquid obser-  
uandum in illo diximus, etiam in isto custodiendum fore  
admonemus. Sunt enim vtriusque libri symbola in eun-  
dem & ordinem sub lucis tramite composita, & para-  
phrasmatum significatione tantum necessario permuta-  
ta. In vtroque pro capacitate ingenij humani progressio-  
nes fieri possunt multiplices, cum per metathesin varian-  
tur dictiones. Mutantur etiam ad placitum feronomata,  
si quando conuertantur ad gradus integros minuta. Quo  
facto consurget in arte mirabile opus per omnia, & stabit  
imagine productus in lumine mundus, & non erit in ope-  
rante bacuceorum pauor ullus. Faciem rebus his petuis-  
sem induxisse pulchriorem, si aut spe aliqua lucri, aut pro-  
priae utilitatis usu, vt ea scriberem inductus accessissem.  
Sed cum nihil horum me induxerit ad scribendum, satis  
videbatur cupientibus occasionem dedisse, atque  
materiam nostris inuentis politiora supera  
addere, & artem arte venus-  
tare.

E O-



EORVM QVAE IN  
TERTIO POLYGRAPHIAE  
LIBRO CONTINENTVR  
indicium.

**I**N tertio Polygraphiae libro fines praescriptae nationis nostrae consilio rationis transgressi, ad peregrinamur, & in medio Francorum essentialiter constituti, per imagines & similitudines barbarorum longius euagmur. Quatuor enim ferè millibus mythologicis arte phrasmatibus in ordinem collocatis, viam unitati artificiali nimis facilem ostendimus, per quam symbolicas notiones binario suo communicabit omni tempore securus. Durior hic est unitate binarius, & nisi philologus noster prudentia sit occulatus, monadi binarium reddet contrarium. Nam solus ternarius, qui ab unitate binarioq; procedit, tãquam palidromus in se connectit utrumque. Quod si rationis necessariae utilitas, ultra propositae rei metas extenditur, totiens paraphrasmata per minutias à die principio numerentur, donec minuta constituant gradum in quo nox aequatur diei. Facies imaginis huius perpetuum nouit silentium, nec fraudes metuit bacuceorum. Quanta volueris copia extenditur, & sine numero variatur.

\*

IND l



INDICVLVS SIVE  
PINACION EORVM QVAE  
TRACTANTVR IN  
libro quarto.

**I**N quarto Polygraphiae libro multum confidimus binario, quē remotis obstaculis cunctis, sine labore difficultatis, primo intuitu reduximus ad unitatem. Vnde circulo isthic vtimur in magnis, linea seu puncto in minimis, Nec refert si diem nox superet, aut si lux tenebris non cōcordet, quia circulus finem non recipit, & vacuum plenitudo non admittit. Sunt enim contraria, & quotiēs succedunt, alterum ab altero corrumpitur. Singulare mysterium binario conducent in hoc quarto Polygraphiae libro traditur, dum aëreus ipse basis compositor ventus, nūquam in alio quam binario designatur. Verum in ea parte bubonum leuitas nobis est in arduis suspecta semper. Huius rei constructio paraphrasmata facit at hominis infinitis.

EORVM QVAE IN LIBRO  
QVINTO TRACTANTVR,  
Index siue Pinacion.

**I**N quinto Polygraphiae libro, latinorū literas, quibus & nos Germani contimur, per ordinem tabulis inscripsimus duabus, quarum altera dicitur recta, altera vero nūcupatur auersa. His orchemata supposuimus ventosa, vt quod in alienis cum labore quærimus, in proprijs absq̃ difficultate videamus. Nam præter illa quæ in manifesto à nobis sunt posita, etiam adhuc plura latent in interioribus

C

rioribus



## P I N A C I O N .

*rioribus arcana, per quorum intelligentiam iter operanti ad maiora panditur, quæ tamen omnibus minimè proponuntur. Subiecimus & numeris grāmata, quibus ad nostrā voluntatē occulta fiant manifesta. Vnde per huius libri scitam operationē, cuncta nuncia securè traduntur cabalisticis, licet mysteria non vacent à suspitione bacuceorū. Omnis enim forma signorū methatesis suspitionem generat intuēti, quamuis nullū bubonib⁹ inferat nocumentū. Tu autem qui huius operis intellectum consecutus fueris, omnem literarum metathesin apud nostrates, & latinos facile penetrabis.*

## I N D I C V L V S S I V E P I - N A C I O N E O R V M Q V Æ I N Sexto libro continentur.

**I**N sexto, qui Polygraphiæ nostræ liber est ultimus, introducta narratione mentali, omnium ferè præcedentium signorum & graduum minutias per ordinē expressimus, & cū arithmeticis distributionibus grāmatum officia in ministerium operationis cabalisticæ contraximus. Aliud hic latet in cortice, & aliud reperitur in communi signorum operatione. Nam sicuti spiritus in sanguine corpus humanū viuificat, ita vigor latens in arte operationem commendat. Propterea cuicumque huius inuenti cognitio est necessaria, oculos intellectus aperiat, ut quæ sit operationis cuiuslibet proprietas, cōprehēdat. Sic enim cupimus bonis viris omnia esse peruia, ut si fieri posset, nūquam tamē reprobis fierent manifesta. Causa nos cōpulit numeris aptare literas latinorū, ne si nimis essemus obscuri, mentis nostræ intentio patefceret nulli. Quæ tamen no

*uitas*



ritas, ut sine rationabili causa non fieret publica, sub incognitis numerandi signis & notis mysticè fuerat occultanda. Semper enim venti nocturnales diurnis sunt fortiores, & sicuti nox diem ordine suo intercipit, sic lumen tenebras exhorrescit. Quod natura negat, nemo fœliciter audet. Rogamus lectorem, ne hoc laboriosum opus nostrum contemnat priusquam intelligat, sed iudex sine temeritate ut esse queat, corticem prudenter amoveat, quatenus ad nucleum latentem perueniat. Bonum & naturale est opus, quod ad bonum conuertere potest usum vel malum, pro ut vniuscuiusq; mouetur desiderium voluntatis.

Bonum instrumentum est gladius, ad usum quoque bonum conuertitur, quotiens pro defensione sine iniuria proximi portatur. Quod si ad læsionem cuiuscunque iniuriose extenditur, per abusum res bona in malum relaxatur. Ut ergo boni habeant quo suis negotijs prudenter consulant, à nobis Polygraphia scribitur, & ne prauis delinquendi præstetur occasio, nucleus in cortice sub ænigmatibus varijs occultatur. Qui bonus est, non abutitur bono in malum, magis autem si potest, malum conuertit in bonum.

QVAE SINT HVIVS  
OPERIS NOSTRI POLY-  
GRAPHIAE CAUSAE, SIMVL  
& utilitates.

**L**Aborem verò præsentis operis, & rarum, & arduum nō alia ratione assumpsimus, quàm ut indigentium



## CAVSÆ ET VTI-

gentiū vtilitati prouideremus. Indigentiū dico, non cibo, nō potu, sed opitulamine mysticorū sine periculo cōseruatione. Operæ preciiū ergo forē iudicamus, si vtilitates & cōmoda, quæ prouenire possunt vtētibus his nostris adinuētis, breuiter annotemus. Enimuero cū nostra in rebus familiaribus nulla sint negocia, vt hisce doctrinis ad occultationē secretorū indigeamus, illis p̄fecto laborauimus, quorū fuerat imperio deferendū. Prima vtilitas est, quod cōsummata huius operis intelligētia modū indigēti dat facile, pro mētis tuæ arcanū tuto, secretè, ac sine aliqua suspitione quorumcunq; intuētii notū facies artis industriā scētī quā latissimè fuerit opus ad quālibet locorū distantia sermone regulatā. Quod latet in his, steganographia opus eruit, quæ nec literas nec nūciū requirit, arcana quæ ferat scientē. Secus fieret in rebus lucē admiētibus, more nostrorū omniū cōmuni Rem aliter quā est, ne capias. Secūda vtilitas est, quod ministerio huius operis in parui tēporis spacio, hominē latini sermonis ignarū, modo literas tantū legere ac scribere nouerit sub lingua materna, docebis sub latina lingua vt volueris, ornate vel cōcinne scribere, omniaq; volūtatis suæ arcana mysteria celare, abscondere, artēq; scienti quā placuerit, latissimè nūciare tuto, secretè, & absq; suspitione. Iterū præmoneo, ne aliter nos intelligas pollicitos quā pollicemur. Tertia verò vtilitas, quod Romani sermonis imperitū, non solum in paucis docebis horis quod pollicemur, scribere, ac legere, sed etiā intelligere, si prudēter munus officij adbibueris, quod nō sine rationabili causa nos duximus reseruandū. Scribet enim artis nouæ discipulus quā nō nouerat linguā, & lat

tinum



timum sermonē sub institutione regulata cōpositum, intel-  
 liget interpretabiturq̃, si iusseris ipse de verbo sufficiens  
 ter ad verbū. Deniq̃ ad omnes mundi res atq̃ negocia hæc  
 institutio potest ampliari. Quemadmodum ista fieri pote-  
 rint, si quis ex me scire voluerit, in primis talem se præ-  
 stare meminerit, vt accipere mereatur. Non enim omnia  
 debentur omnibus, sed alter alteri est præferendus. Quar-  
 ta utilitas est, quod per ampliationē similitudinis rei acce-  
 ptæ, omnia ista in quamlibet possunt linguā extendi, res-  
 ducto instituyente binario ad vnitatē. Quod tamē haud pas-  
 sim quilibet hominū potest, sed ille tantū quē deo præue-  
 niente sua gratia speciali, ars et natura dignificarūt. Quin-  
 ta utilitas, quod imitatione similitudinis cōmunicare pos-  
 sumus artem inuentionis nostræ scienti quæcunq̃ mentis  
 nostræ arcana, quantumcunq̃ volueris abundē, multiplici-  
 ter, & latissimē, varijs modis, qui ab alio nullo sciri pote-  
 runt, vel notari. Datur isthic multiplex sine voce locu-  
 tio, per quam tuto, securē, latissimē, omni suspitione remo-  
 ta, mentis nostræ conceptiones vniuersas, quantumlibet  
 arduas, scientibus artē plenissimē iudicare poterimus. Et  
 hæc inuentio mirāda progressionē habet innumerabiles  
 omniumq̃ mysteriorum capaces. Sexta utilitas est, quod  
 per intelligentiam huius operis quālibet metatheseos siue  
 trāspositionem literarū regulatam inuenire poteris, easq̃  
 nihilominus sic formare, quod solis noscentibus artē, &  
 alteri penitus nulli subseruiant in mundo. Et magna vis  
 est metatheseos formæ, simul & operationis, quæ & plus  
 ras habet modos, & multipliciter variatur. Septima uti-  
 litas est, quod per intelligentiam huius voluminis maxis-



## CAVSAE ET VTI.

ma datur facultas cupientibus ad ampliandam sine labore memoriam, quotiens minutiarum semina debitis gradibus collocantur. Omnia propter causam bonitatis latent arcanis verborum atque figurarum involuta, quæ si quis intelligere plenius optauerit, reuocet in mentem, quoniam labor improbus omnia vincit. Mibi etenim satis fuerit artis inuenisse principia, modumque tradidisse scribendi symbolicè rudem, & ex proposito informem. Nam ut cultiora nostra formarentur inuenta, nec tempus erat, nec ratio, ne mel nauseantibus vomitum, aut veritas odium pareret indignantibus. Omne tempus suis apreciandum est meritis, & porci non sunt vnionibus exornandi, nec preciosis onustandi margaritis. Importuna sunt omnia, quæ moribus & tempori non concordant mortalium quibus ingeruntur. Multa fuerunt ingenia hominum nobilissima temporibus alienis, & plura inueniuntur noua quotidie ferme temporibus non proprijs. Quid egregio vertificatori Bartholo sub Innocentio Papa octauo conduxit nauticæ artis miranda inuentio, quæ in quodam libello venalem ducatis centum millibus pollicetur, cum nec ipse pontifex summus, nec Veneti, nec Ianuenses, quibus rem suam proposuit emendam, pro modico saltem cum illo dignarentur conuenire? Mensibus enim triginta nauem arte sua in medio maris posse seruare illæsam, resarcire fractam, atque proiecta quæque in profundum, sine periculo reuocare promisit. Sed nemo curauit. Nec me fugit multos cum Nasone ingenio peruisse suo. Satiùs est igitur  
sciens



LITATES OPERIS. 19

*scientiæ ponere modum, quàm sine fructu se odio &  
detractioni exponere multorum, quibus fami-  
liarius est scientiam quamlibet contem-  
nere, quàm didicisse.*

\*

FINIS PRAEFATIONIS

SEPTIMA DIE APRILIS

lis, Anno dominicæ na-  
tiuitatis M. D.

VIII.

C 4 CLA-





2 CLAVIS  
POLYGRAPHIAE  
IOANNIS TRITHEMII  
ABBATIS DIVI IACOBI HER-  
BIPOLENSIS, QVONDAM  
Spanheimensis, ordinis Sancti  
Benedicti, obseruantiae  
Brusfeldensium  
patrum.





# IN EXPLANATIONEM

TIONEM TOTIVS O-

PERIS POLYGRAPHIAE

IOANNIS TRITHEMII

Abbatis Peapolitani,

Præfatio.

\*



*EMO* qui legerit ista, ut confido, me aut superbum iudicabit aut superfluum, propterea quod Polygraphiam nuper à me compositam, et gomet ipse fuerim commentatus, maximè si ad amussim perspiculare potuerit, quæ nos causa induxerit, ut obscure loqueremur. Quicquid enim nocere potest vulgatum, mystico fuerat sermone rationabiliter occultandum. Materia verò quam in Polygraphia tractamus, ad Reipublicæ commodum inter viros bonos multum est bona, utilis & honesta, quàm idcirco rationabili causa persuasi conscripsimus, ut eius ministerio bonos homines in suis arcanis alteratrum nunciandis tutos & securos à pravorum investigatione redderemus. Verùm ne pravis atq; peruersis, qui bonis etiam frequentius abutuntur inuentis, occasio præberetur decipiendi simplices, minusq; cautos in estimatione rerum, modos in ea scribendi mysticos tradidimus, siue occultos, latentemq; in medulla veritatem tegumentis quibusdam operuimus figurarum. Licet mi-

C 5

nimè



## PRAEFATIO.

nimè dubitemus virum quemlibet industrum, istarumq;  
 verum desiderio cupidum, facile capturum omnia, si vel  
 modicam in perscrutando adbibuerit continuationem.  
 Neque enim tam ardua, neque tantis sunt mysterijs in-  
 uoluta quæ tradidi, vt à viro studioso penitus nequeant  
 penetrari. Sic enim vbiq; temperauimus dictionum no-  
 strarum ænigmata, quo & doctis studiosisq; viris de facili  
 sint peruia, & pigris tenebrionibus nihilominus perma-  
 neant inaccessa. Verum posteaquam ipsum polygraphiæ o-  
 pus serenissimo inuictissimoq; Romanorum Cæsari Maxi-  
 miliano, Imperatori orbis semper Augusto dicatum offer-  
 re complacuit, operæ precium fore arbitratus sum, si bre-  
 uibus & paucis illud interpretamentis lucidum facerem  
 & patulum, ne sacræ maiestatis animus, qui multis quoti-  
 die negotijs, & curis distenditur, opacitate mysteriorum  
 ab eius intelligentia retrabatur. Etenim nisi me fallat o-  
 pinio, erit suæ maiestati opus tãto gratius & vtilius, quã-  
 to & breuius fuerit & clarius. In primis igitur sententiã  
 propositi nostri, quæ sub diuersis in prologo continetur  
 ænigmatibus inuoluta, domino largiente breuiter expli-  
 cabimus: deinde per singulos polygraphiæ libros, operan-  
 dique modos, regulas cautelas, & differentias iuxta ordi-  
 nem quæ restant necessaria, succinctim pro viribus  
 ingenij expandemus. Quæ omnia, vt citius  
 cupientibus scire, fiant peruia, seriatim  
 ostendemus per exempla, eris-  
 musq; breuiiores, quo fieri  
 causa permittit  
 & ratio.

CL



# CLAVIS EXPLANATIONIS POLYGRAPHIAE

IOANNIS TRITHEMII AB-  
batis Pæapolitani

## Expositio in Prologum.

**O**mnis intentio nostra in toto polygraphiæ opere circa eam versatur sententiam, qua modos trademus certos occultè scribendi, per quos reges & principes, nobiles & ignobiles, sacerdotes & laici, docti simul & indocti, secretè, tuto, & sine vlla suspitione latentis arcani, sibi mutuo & quibuscumque amicis, etiam longè ab invicem distantibus, ministerio literarum quicquid & quotiens opus fuerit, mentium suarum queant nunciare conceptum. Quod ne vel primi vel soli præsumpsisse videamur præmonemus lectorem plures olim veterum, maxime tyrannos principes & reges simili consyderatione motos, familiares sibi ac varios excogitavisse modos & canones scribendi, quibus id quod vniuersaliter in polygraphia nostra sumus polliciti, particulariter ipsi tentauerunt. Equorum numero primum introduximus exempli causa propositi Cæsarem Augustum, cuius occultum scribendi modum sic accipe manifestum. Spiramina vocis conceptæ ex lucidis mutavit in opaca, quorum barbariem votis renitentem, pulchra quadam adinventione metattheseos orchemate, conuenientē ad nutū effecit. Hoc est, Magnus Cæsar Augustus, quo secretè ac tuto scriberes quod



## EXPOSITIO

quod voluit, alphabeti literas varia transpositione mutauit, ita vt poneret B. pro A. C. pro B, & sic consequenter de singulis. Et quo scriptura magis tortuosa maneret secretior, pro suo arbitrio literas transposuit in latum & longum ad quamlibet ordinis, numeri & loci distantiam. *Mysterium*. Et iste receptiuus ordo quasi perpetuus thelemati temporisq; rationi subiectus, quamuis nuncios ab incurfione bacuceorum in via tutos conseruet, metas tamen non habens regulatas, omnes sibi occurrentes de suspicione rei latentis facit sollicitos. *Explicatio*. Liceat nemo queat mysterium arcanum latens, sub transpositione literarum facile ad intellectum comprehendere, facit tamen eos hæc scriptura in quorum peruenerit manus de latibulo rei introclusæ suspiciosos. *Mysterium*. Archimedes ille Syracusius mathematicorum facile princeps, albam suam conuenientem institutis volucrum nudum per caput & pedes, & cætera. *Explicatio*. Archimedes duos bacillos vnus longitudinis & spissitudinis dolari fecit in rotundum vel quadrum, quorum alterum sibi retinuit, alteram absenti amico suo consignauit. Et quotiens alter alteri scribere aliquid secretius voluit, albam volucrum, id est, papyri schedulam latitudinis parua, sed longitudinis bacilli duplicati, ligno circumuoluens cum cera inferius & superius colligauit. Scripsit postea in schedulam à lateribus continenter sibi ad congeriem artificiose coniunctam quicquid voluit, deinde schedulam à baculo relaxauit, apparuitq; mox inter literas tanta distantia, vt nec vna quidem dictio alteri cohæreret. Verbatim schedulam, & dum voluit in alio latere similiter scri-



scripsit. Nec erat quisquam huius industriæ nescius qui potuisset inuestigare secretum. At ille qui alterum habebat bacillum, schedulam cum accepisset, affixit, & in ordinem literas priorem reuocauit. *Mysterium.* Marcus T. Cicero facundus Romanorum orator, ingenio vsus & arte, phraseos minutias commutauit in signa, & reliqua. *Explana.* Librum scripsit notarum ad filium, quem beatus martyr Cyprianus postea Christianorum vsui ampliauit, in modum scilicet dictionarij, vbi secundum ordinem ponuntur primo characteres siue notæ, postea dictiones per eosdem characteres designatæ, ita quod dictio quæuis per notam sibi significatur præpositam. His notis siue characteribus psalterium latinum integrum, & pulchrè descriptum, olim vidimus in bibliotheca maioris ecclesiæ Argentinensis, cui nescio quis rerum iudex ignarus, titulum forinsecus præposuerat talem: Psalterium in Armenica lingua. Sed errauit, cum sic potius fuerit scribendū. Psalterium latinum characteribus Tullianis conscriptū. Nam quilibet character vnā dictionem integram repræsentat latinam. Nec me fallit æstimatio, cum dictionarium ipsum Ciceronis à sancto Cypriano emendatum penes me in antiquo volumine scriptum integrum habeam & incorruptum, quem nusquam vidi alibi. Tanta verò est copia notarum siue characterum cum dictionibus sibi subiectis, quod omnino sufficiunt ad scribendum latino sermone quæcunque volueris. *Mysterium.* Faramundus quadragesimus tertius à Marcomero Francorum rege, cum anno dominicæ natiuitatis cccc. xxiiij. fines Gallorū potenter intraret, & reliqua. *Explanatio.* Francorum re-  
ges



## EXPOSITIO

ges ex eo tempore quo fines Sciticos anno ante Christi natiuitatē, cccc. xxx. cum gente sua egressi ad ostia Rheni, vbi nunc est Gelria, conſederunt, per annos ferè nongentos cum Gallis continuè bellum geſſerunt, eoſque tandem ſibi violenter fecere ſubiectos, quemadmodum in primo annalium noſtrorum volumine ſcripſimus. Ex his Faramundus rex memoratus, vt ſecurè nūcios deſtinaret per regnum, nouas & proprias ſibi literas excogitauit, quas nemo ſine ipſius voluntaria inſtitutione cognoscere potuit. Nec vno tantum, nec paucis, ſed multis alphabetis nouis utebatur. *Mysterium.* Clodius Crinitus Faramundi filius, & poſt eum rex Francorum, qui ſibi Galliam totam ſubiugauit, Romanis extinctis, quos reperit in ea, paternis adiuuentis utebatur in ſcriptis arcanis. *Explicatio.* Rex iſte propria & noua conſinxit alphabeta, & ſingulis ducibus ſuis ſingula tradidit, omniumq; penes ſe noticiam ſolus ipſe retinuit. *Mysteriū.* Carolus nomine Magnus, ſexageſimus tertius Francorum rex, qui primus ex Francis Romani diadema imperij portauit, & reliqua. *Explicatio.* Iſte Pipini regis maior natu filius, Brabātia dux in comitatu Namurcenſi, Leodiensibus contermino natus legitur, licet quidam in vico Ingelenheim haud procul à Maguntia natum aſſerant, varios etiam modos inuenit ſcribendi, & Nannone Grammatico miniſtrante ſuffragium, alphabeta excogitauit diuerſa, quibus præfectis regni ſingulis ſingulari modo communicauit arcana. *Mysterium.* Nortmanni ex Gotbiæ finibus olim egreſſi, cum Galliam crudeli perſuaſione deuſtarent, vocatis è græcia bubonibus tutū ſuis latibulum parauerunt

arca-



arcanis, & reliqua. *Explicatio.* Nortmanni Galliam peruagantes, Beda monacho in Anglia testante, ut sua inter se arcana scriberent tuto, pro literis latinis Græcas supposuerunt numerales, ab A primo vsque ad quartum atque vicesimum punctum tale W, siue gu, iuxta consuetudinem Gallorum. Hic autem scribendi modus est omnino pulcherrimus, in quo literæ omnes sunt græcæ, & iuxta ordinem numerandi pelasgum nostras designant latinas, ut A, j. B, ij. C, iij. D, iiij. E, v. F, vj. G, vij. & ita consequenter vsq; ad W, quod est 24. Hanc scripturam nec Græcus intelliget, nec Latinus, nisi prius didicerit modum industriae & artem. *Mysterium:* Beda noster in Anglia monachus, Nortmannorum facti non ignarus, veterum plura his similia descripsit inuenta, quibus iter mysterijs lacidum fecerunt opacum. Ipse artrologiam & reliqua.

*Explicatio.* Bedanus iste monachus in libello suo de inuentis antiquorum multos & varios occultè scribendi notandiq; modos recensuit, quibus arcana sua tuto nunciabant amicis, ac sine voce loquebantur præsensibus. Artrologiam & dactilogiam primus omnium literis cōmendauit, quarum vsu alter pandit alteri securissimè quicquid voluerit secreti, quod assidentium nemo notabit alius, ac multò minùs intelliget. Multis hoc ipsum & alijs modis fieri posse Bedanus ipse docuit, de quibus cū nihil in polygraphia scripserimus, loqui etiā plura istic merito recusamus. Locum his ipsis rebus arduis propriū in steganographia dudum consignauimus, quam ædere in publicum necdum cogitamus. Et quis veterum occultè  
seria



## EXPOSITIO

scribendi modos exprimeret omnes? Alij enim familiares in ministerio artis præpositæ bubones habebant Philopotos, alij Mysopotos, alij utrosq; in practicam vocarunt ex arte. Rursus alij cognitas transposuere literas alphabeti communis, alij barbarorum sub schemate proprios characteres sibi confluxerunt. Rursus item alij ministerio literarum utebantur visibilibus, scribentes cum minio vel encausto communi, alij verò characteres arbitrio suo inuisibiles ad nutum formauerunt. Modi verò characterum visibilibus pro scriptura occulta nimis sunt multi, ac penitus innumerabiles, quorum mentionem facere omnium nec uoluntas est nostræ, nec virtutis. Inuisibilibus autem tria sunt genera inter mortales hodie magis usitata. Primum nuncupatur Dermaticum, quo fit in dorso nunciorum scriptura quædam artificialis per locuram cuiusdā humoris duntaxat visibilis, quam penetrare nemo sufficit qui artis nescierit arcanum. Secundū verò Hypbasmaticum dicitur, quo rebus certis in panno scribitur, quod exiccatum videri potest minime, donec madefactū in aqua frigida cernatur. Tertium genus nominatur Aleoticum, quod est multiplex & varium, tam in forma quam in materia, habetq; modos occultè scribendi pene innumerabiles. Eius autem scriptura fit in cartha vel sine cartha cum neuilua & cala, cum raphocam, lapolce, alijsq; rebus diuersis. Scribuntur item literæ, ac varijs modis absconduntur & locis, ut sub race tabulata, sub rosi rilacubior, in leopi, in necoflas, in ceocali, locubat, in ratera, in lispilia, & alijs similibus penè infinitis. Verū quia nihil istorum hac vice nostro deseruit proposito,

pro



propterea cōuenit vt ad ea quæ ratio postulat festinem<sup>o</sup>.  
Est & aliud genus dactyletron nō scribendi tamē, sed no-  
tis, quibus subtilissimis modis alteri alter mentis suæ po-  
test intimare conceptum. Quod & ipsum tot variatur  
differentijs, vt nemo sit in mundo qui species tanti queat  
mysterij omnes dinumerari. Modo principali simul &  
alijs multis ex eo descendentibus artificialiter, in mensa  
sedens, vel in quolibet alio loco, quicquid volueris artem  
scienti poteris intimare securè, tutissimè, & sine cuiusquā  
suspitione. Denique vt sine literis arcanum mentis tuæ  
denuncies absenti, etiam ipso nesciente qui officium gerit  
nunciantis, inuentis steganographiæ manet adscriptum.  
Enimuero cum regibus & principibus occurrant nego-  
cia multa, quorum suis interdum vicarijs procul absen-  
tibus non satis tutò scientiam per literas vsitatas dare cō-  
fidunt, operæpretium fuerit quemlibet eorum modos scri-  
bendi nunciandiq; nonnullos habere speciales, quibus se-  
creta sua tutissimè possint notificare amicis, his p̄sertim  
temporibus, in quibus præualente licentia peccandi, nus-  
quam tuta reperitur fides in orbe. Capiuntur passim  
nuncij principum, à latronibus sæuis spoliantur, verbe-  
rantur, & plærumque interimuntur, sed nec epistolis re-  
gum annulis consignatis & clausis parcunt impij raptor-  
es. Vnde foret necessarium reipublicæ tuæ ô gloriosissi-  
me Casar Maximiliane, vt pellem indueres herculeam,  
clauamq; vibrares in manibus, & sæuis his monstris ora-  
bem tibi à Deo purgares commissum. Nunquam pax  
erit in regno nisi bacucei tollantur è medio. Qui regni  
pacem turbat, se hostem esse regis demonstrat. Hi sunt  
D latrones



## EXPOSITIO

*latrones qui vias itinerantium obsident, rapiunt aliena,  
quibus hodie plena est terra, & nusquam tuta est ambu-  
lantibus via.*

## eorum brevis ex- planatio quae in pri- mo libro polygra- phae obscuriora vi- dentur.

**Q**uamuis in primo libro polygraphiae nihil continetur obscuri, tamen ne simplicioribus eius conscriptio fortassis profunda videatur, breuiter ea quae putantur difficiliora explicamus. Dictiones latini sermonis per ordinem supra nouem milia sub alphabetis ferè quaderingretis ita seriatim distribuimus, quod si de quolibet alphabeto vna duntaxat post aliam capta fuerit à principio vsque ad finem sibi mutuo coherentes congruam efficiant orationem latinam. Erit enim scribendi modus valde conueniens secretissimè quicquid voluerimus, dum vna quæque dictio literam repræsentat sibi à capite præpositam. Nec te moueat lector, quod multitudo verborum in aperto, sensum breuē cōtinet in occulto, quoniam latet in hac positione nostra puerili, modus latius & secretius multo scribendi quodcumq; volueris altior, quē nos patulum facere cunctis ratio publica interdixit. Qui autē fuerit ingenio præditus, viresque necessarias inquisitioni apposuerit, latentium in his doctrinarū, inueniet subtiliora & mirabiliter prius ignorata, planè intelliget mirabiliora. Nihilominus apertus iste scribendi modus sufficiet



ad omnia, cum eum totiens repetere valeas, quotiescunq;  
 volueris, semperque repetita narratio varietur. Nam si,  
 ut diximus, de primo alphabeto, dictionem acceperis vnam,  
 de secundo quoque vnam, & ita consequenter de quo  
 libet vnam, atque de interpositis extra ordinatam lineam  
 vnam, usque ad periodum aut libri finem, latina & congrua  
 satis tibi consurget oratio. Cauendum est autem ne  
 vna vice simul & semel de vno alphabeto plus quam vna  
 dictio capiatur, & ne scriptor ex negligentia seu festinatione  
 nimia transiliat alphabetum aliquod & narrationis  
 ordinem confundat. Per diem intellige narrationem apertam,  
 per noctem vero latentem & occultam, quæ non sit  
 nimis prolixa, sed brevis. Ea quæ sequuntur in textu paradigmata  
 de anima inuisibili & corpore quod videtur, ad utramque  
 pertinent narrationem occultam, & manifestam. Quotiens à vento  
 mouetur folium & reliqua, ut secretam narrationem ita  
 numeres ad apertam monemus, quo simul utraque in periodi  
 cuiuslibet calce terminetur. Quod si de arcano superauerit  
 quippiam, tali moderamine amplietur, ut narrationis in vno  
 puncto ambæ terminentur, ne confusio eclipses generetur.  
 Cætera quæ sequuntur in primo Polygraphiæ explanationis  
 documento & ad ea quæ diximus omnia implicitè referuntur.  
 Notandum verò quod nulla est sub ordine alphabetorum dictio  
 vacans, sed vnaquæque literam repræsentat à capite sibi  
 præpositam, cuius rei ne perfecta lectori desit cognitio, sententiam  
 declaremus per exemplum. Casum ponamus quod homo nequitiosus  
 per te petat promoueri apud amicum aliquem

D

2

tuum



## EXPOSITIO

quum, tu verò ut preces importunas rescindas, nec tamen indignum promoueas, ita scribere secretius decernis amico per ipsum poscentem ne intelligat. Caue tibi ab isto viro, quia fur est & nequam pessimus. Vade ad primum alphabetum & scribe dictionem, Conditor quæ significat C. in secundo, clemens quæ donat A, in tertio, decernens, quæ repræsentat V. in quarto, mundana, & significat E. Iam habes in occulta narratione, caue. Procede consequenter etiam per alia alphabeta, & euadet oratio talis. Conditor clemens discernens mundana, insinuet expetentibus amœnitatem seraphicam cum omnibus sanctis suis in cælis, amen. Mansuetudo gloriosissimi principis à sanctis ubique reuerenter memoranda, optimis præceptis nos abiectionissimos dormientes hortatur præsentia propter venerationem directoris bonorum derelinquere, & gloriam perpetuæ quietis omni affectu pro viribus expectare. Eruditionem igitur o vani derisores accipite, ut ad felicissima tripudia archangelorum remuneratoris orthodoxorum valeatis ingredi felicissimè decori. Resurgite igitur à spurcissimis honoribus huius peregrinationis, cum sitis ad iucunditates benigni saluatoris seculorum beatissimas sanctissimè ingressuri. In hac præscripta narratione publica ista continetur latens in occulto sententia, videlicet. Caue tibi ab isto viro, quia fur est, & nequam pessimus, sed tace oro. Eodem ordine procedendum est in cæteris quibuscunque, & à capite totiens incipiendum, quousque occultum mysterij tui narrationem incluseris manifestè. Dictiones autem quæ ponuntur extra ordinem alphabeticum nullam designant literam, nec occultæ narrationi deserviunt.



uiunt, sed propter defectū synonymorū interpositæ sunt, ut orationis latinæ series compleretur. Non enim semper tot dictiones habere potuimus consignificantes, maximè in pronomibus, coniunctionibus, præpositionibus, & interiectionibus, ut quatuor & viginti literarum loco vagantim potuissemus conficere alphabetum, sicuti clarè patet post alphabetum octauum, ubi duas extra ordinè posuimus dictiones, ne orationem mæcam relinqueremus. Sic enim posuimus: Cum omnibus, & sic: Cum vniuersis. Quare scriptor duas capiat quas voluerit, quatenus oratio latina compleatur. Simiter faciat in alijs, quotiens inuenerit similes. Duplex W. propter sermonem patrium assumpsimus, quo in lingua nostra Germanica frequenter indigemus. Nam qui latini sermonis ignarus est, arcanum suum latens Theutonice scribat sub Latia oratione sine aliqua difficultate.

SEQVVTVR NVNC  
REGVLAE SIVE CAUTELAE  
IN OPERATIONE HVIVS  
libri obseruandæ.

**P**rima regula siue cautela te monet, ut mentis tuæ arcanum, quod amico nunciare volueris absenti, artem scienti, ac librum polygraphiæ habenti, quanto potueris diligentius in schedulam scribas latino sermone siue Theutonico, vel quocunque volueris alio, qui literis potest compræhendi Romanus. Deinde cartam sic scriptam pone coram te, ut pro singulis literis arcani congruentem queas aptare dictionem. Nam sicuti ostendimus, in hac practica scribendi integra dictio accipitur. Exemplum de



## CAUTELAE

dimus paulo prius in praescriptis. II. Secunda cautela tibi praecipit, ne sicut est dictum, de quolibet alphabeto plus capias quam unam dictionem simul in una narratione publici sermonis latini, alioquin & sensum confunderes apertum, & ab intellectu mysterij eum ad quem scripseras omnino retraheres amicum. III. Tertio cauendum summo opere, ne quod alphabetum per negligentiam transfilias, de quo non unam & arcano convenientem dictionem sumas. Similiter providendum ut quotiens extra seriem alphabeti occurrit dictio una vel plures, superiorem lineam capias totam, vel inferiorem, & non utramque. IIII. Quarto curandum ut quotiens oratio sermonis aperti ad completam fuerit deducta sententiam, sequens à litera maiore ingrossata sumat initium, iuxta formam praecedentis exempli, in quo secundum orationis latinae sententiam literas à principio magnas in reliquis parvas accepimus more communi. Quando mentis tuae secretum fuerit prolixum, ita quod narrationem aperti sermonis excedat, si restat multum à principio iterum incipias, si parum à loco quolibet reuocetur oratio ad placitum. Nemo enim huius industriae vel modicè peritus, nescire poterit ubi reinceperis. Nec opus est sermonis timere consonantiam, qui semper narratione manifesta variabitur cum occulta, & quotiens à principio incipitur, orationis facies nova sequetur. Potest etiam continuatio fieri à fine primi libri per secundum. V. Quinto monemus, ut quoties in re ardua scribere per hanc artem volueris, paruum tibi libellum praepara, in quo scribas mysterium tuum secretum oratione manifesta. Quicumque hunc libellum viderit aut legerit, nil arbitrat



trahitur latere secreti, neque si habeat suspicionem, poterit quicquam eorum quæ scribis inuenire. *VI.* Sexto notandum, si ordinem dictionum per totam polygraphiam in alphabetis singulis per methatesin mutando transposueris, & duo secundum eam volumina cōscripseris, alterum pro te, alterum pro quolibet amico, scribetis inter vos securissimè quodcunque volueritis, nec viuit in terra qui arcana vestra penetrare queat. Potest autem hæc transpositio fieri modis infinitis. *VII.* Septimo præmonemus te, quod aliter polygraphicè scribendum est homini latini sermonis ignaro, aliter perito. Ad illum omnes dictiones scribendæ sunt integrè sine abbreviatura, distinctæ, completæ, pulchræ, ac omnino legibiles, sine partitione, sine diuisione, & sine confusione, ne deceptus errore aut vnā putet esse duas, aut duas existimet vnā. Auscultanda sunt quæ ponuntur. *VIII.* Octauo providendum est, vt ille cui mysticè scribis hac arte, libro tuo habeat per omnia similem, alioquin frustra & infructuosè scriberes non intelligenti. *IX.* Nono, si vis vt hæc industria maneat perpetuò secreta & occulta, Polygraphiam de nouo rescribe, sed alphabeti literas dictionibus noli præponere, & nemo secreti rationem facile suspicabitur. Verum vt scribenti & legenti mysterium difficultas nulla occurrat, scribantur alphabeti literæ in schedula ordine dictionum conueniente, & ad capita earundem mobilis adaptetur. Poterunt etiam literæ in lamina cuprea sculpi, vt de vno ordine in alium moueantur. *X.* Decimo sciendum, quod licet *Y.* Pythagorico non utamur in dictionibus Theutonicis & Latinis,



## CAVTELAE

admissimus tamen propter Græcum sermonem, ut duos  
denarium haberemus duplicatum. Similiter W. geminas  
tum pro quarta & vicesima litera suscepimus, quod nos  
bis in sermone Theutonico est omnino necessarium. **XI.**  
Undecimo nouerit ille qui literas ex Polygraphia scriptas  
recipit legendas, quoniā intelligentia opus est in lectione.  
Et ideo quotiens cartam siue libellum suscipit polygra  
phice scriptum, ad locum vadat secretum, apertoque po  
lygraphiæ libro, quem secum habeat oportet, singulas per  
omnia alphabeti dictiones consideret, & quam literam  
vnaquæque repræsentet, cum creta super mensam, vel cum  
encausto in charta diligentissimè notet. Cumq; totam epis  
tolam eo modo perlustrauerit, literas in verba compos  
nat, & quid latuerit in occulto facilè intelliget. **XII.**  
Duodecimo reges notent ac principes, qui multos in di  
uersis locis habent vicarios quibus omnibus vno genere  
occultæ narrationis scribere non est cautum. Vt ergo pro  
prium ad singulos habeant secretum modum scribendi,  
totiens mutant ordinem dictionum, quot modos volue  
rint habere separatos. Sicque ipsi modos scribendi tene  
bunt omnium, & nullus modum alterius intelliget sub  
ditorum. Sunt enim variabiles modi secretius scribendi  
huius artis infiniti. **XIII.** Tertio decimo notandum  
quod nos ad obstruendum ora loquentium iniqua, huius  
nouæ adinventionis nostræ veritatem ostendimus possibi  
lem, dictiones in alphabetis primi libri locantes ita sibi  
adinuicem coherentes, quod in modum exhortationis &  
supplicationis porrectæ ad Deum orationem congruam  
reddunt atq; latinam. Sub cuius narratione occultare poss  
sumus



sumus quæcunq; nobis occurrunt secreta, & taliter scribe  
re ad amicū in arte peritū, quod si omnes qui sunt totius  
mundi homines conuenirent in vnum, latens sub aperto  
sermone nunquam possent inuenire secretum, modo rectè  
fuerit ordinatum. **X l l l l.** Quarto decimo sciendum,  
quod in hac ipsa inuentione Polygraphiæ nostræ adhuc  
latent quædem præscriptis longè meliora, videlicet quo-  
modo latini sermonis ignarum, in paucis diebus ne dicam  
horis informare poteris vt sciat latinè scribere, legere, lo-  
qui, & intelligere, non quidem vniuersaliter omnia, sed  
ad certum modum quicquid sibi necessarium occurrit de  
quacunq; materia in negotijs suis. Item quemadmodum  
amico tuo longè absenti, & industriam artis scienti, om-  
nes mentis tuæ conceptiones, sine scriptis & ignorante  
nuncio securè, ac tutò ac secretissimè nota facias, etiam in-  
terdum sine nuncio naturaliter & sine aliqua superstitione,  
periculo vel timore. Sed ista in suis permaneant latib-  
ulis sepulta cum reliquis. ratio nos permouit, quoniam &  
lapides preciosos in ventum projicere, & ardua sine fru-  
ctu gratitudinis patrare, mihi nec placet, nec omnino con-  
ducit. Denique latent sub his non parua subtilitatis my-  
steria de medicinis, de herbis, de plantis, de lapidibus pre-  
ciosis, de fluminibus, de membris humani corporis, de bru-  
tis animalibus, de sanctis, de nationib; de cosmographia,  
de astronomia & septem artibus liberalibus, de his etiam  
omnibus quæ in vsu habentur hominum, & de mundo v-  
niuersali tam visibilium quàm inuisibilium. Et ne iusto  
simus prolixiores, omnia quæ sunt in mundo per amplia-  
tionem similitudinis præmōstratæ artis polygraphiæ my-



## EXPLANATIO

*stico subseruiunt documento. XV. Quinto decimo nota quod hæc omnia quæ nos in polygraphia tradidimus inuenta, introductiones quædam sunt parvæ respectu earum quæ adhuc restant inueniendæ & scribendæ in hac ipsa facultate, de quibus silentio transimus ne in vanum gloriari videamur. Causam enim dedimus ingenijs aptis maiora inuenienti quàm nos aut scripsimus, aut potuimus forsitan inuenire. Qui potest adijciat pro cõplemento huius adinuenti ea quæ nouit esse vtilia, qui autem non potest, haud temerè iudicet quæ non intelligit.*

## E O R V M Q V A E I N SECUNDO POLYGRAPHIAE LIBRO VIDEBANTVR OB- scuriora explanatio.

**I**N secundo polygraphiæ libro præter ordinem & seriem dictionum nihil à primo traditur noui, ideoque vnus & idem erit in vtroque modus operandi, & omnia quæ obseruanda in primo diximus, seruanda etiam in secundo diligenter admonemus. In sola narratione orationis manifestè diuersitas orta ceruitur, quoniam illa de domino nostro dei filio componitur, ista verò ad matrem eius semper intactam virginem eleuatur. Sunt autem in secundo libro dictionibus alphabeto per ordinem præposita octo & trecenta, sub diuersis tamen materijs. Nam à principio narratio sermonis ad ipsam dominam nostram dirigitur, postea oratio dominica sub alphabetis vigintiquatuor ampliatur, deinde salutatio subiicitur Angelica, consequenter Salve regina, & postremo breuis oratio de sancta matre virginis Mariæ Dei parentis Anna. In omnibus



bus polygraphiæ libris cauendum est, ne vna dictio in alio  
quo ordine alphabetico gemineatur, hoc est ne bis ponatur,  
& ne aliqua obmittatur, quia confusionem legenti face-  
ret magnam. Curandum ergo summopere ut sint exem-  
plaria per omnia emendata, & ad amussim correctæ, ne  
scribens incidas errorem. Quod si negligentia scriptoris,  
siue incuria impressoris sub vno alphabeto aliquâ dictio-  
nem repereris duplicatam, vltimam rade, & aliam con-  
uenientem, quæ non sit prius in eodem alphabeto, in locum  
eius repone. Scias etiam quod hi duo polygraphiæ nostræ  
libri sufficienter deseruiunt operationi promissæ, per quos  
non solum tutissimè & securissimè ad amicos quodcunque  
volueris scribere omni tempore ac nunciare poteris, sed es-  
tiam sine aliqua suspitione, quod tali modo prius credis-  
mus inauditum, latini sermonis ignarum penitus modo li-  
teras formare nouerit huius artis facere participem & e-  
ruditum. Verum quia modus iste occultè scribendi sub lon-  
ga narratione sermonis aperti, sententias intentionis oc-  
cultæ compræhendit pauciores, propterea forsan in rebus  
duntaxat magnis & arduis vsitabilis erit, apud illos  
maximè quibus ocium placet ac displicet labor. Dabis  
ergo in quatuor sequentibus libris faciliores quia-  
dem scribendi modos, licet suspitione intuentium pro-  
fus non caveant, propterea quod intellectum abhorreant  
plurimorum. In steganographia autem locupletiores sunt  
modi secretissimè & sine aliqua suspitione scribendi, vbi  
non dictio literam, sed quæq; aliam integram ad myste-  
rium conuenientè repræsentat dictionem. Cuius rei ponam  
vix exemplum, ut si velis præmonere amicum de aliquo  
inimico



## EXPLANAT. LIB. II.

imminente periculo, sub tali narratione verborum. Com-  
spirauerunt in necem tuā Melancius, Tyberius, Ioannes  
& Petrus famuli comitis de Asoto, & quarta die post  
Laurentij in nocte circumuallabunt domum tuam, prou-  
de quid agas. Hoc secretum steganographia sic palliat.  
Oro te amice charissime vt mutuo mihi transmittas decē  
florenos cum latore præsentiū, quia sunt mihi valde ne-  
cessarij pro constructione cuiusdam ædificij, eos tibi fide-  
ter restituam. Quis hoc arcanum crederet, aut suspicaretur  
latere in sermone præsripto? quod idem sub alia etiā  
narratione ponam. Domine Iesu Christe fili dei viui, qui  
homo fieri, pro nobis pati & mori voluisti, miserere mei  
peccatoris indigni, nunc & in terribili hora mortis meæ.  
Ecce iā vnā cordis tui occultā sententiam, duplici habes  
narratione sub steganographiæ limitibus velatā sermone  
breui at fidei, quam totus mundus nec suspicari quidem  
poterit, nec si annis quærat centum vllatenus inuenire,  
etiamsi omnes docti conuenirent. Denique hanc ipsam sen-  
tentiam cordis tui secretam non solū vna vel duabus nar-  
rationibus præscriptis, sed pene infinitis modo iam dicto  
steganographia docet abscondere, & cui volueris tutissi-  
mè, secretissimè ac securissimè nunciare. Omnes quoque  
modi huiusmodi adinventionis per metatbesin possunt  
mutari vicibus infinitis, & scribi per eos ac nunciare vni-  
uersa. Quare autē steganographiæ opus silentio maneat  
sepultum, satis in polygraphiæ nostræ principio est dictū,  
& propterea isthic non fuerat replicandum. Lateat ergo  
ne videatur ab ingratīs.

EO.



30

EORVM QVAE IN TER-  
TIO POLYGRAPHIAE NO-  
STRAE LIBRO CONTINEN-  
tur obscura, explanatio.



**N** tertio Polygraphiae libro nouiter excogita-  
tatum occultè scribendi modum tradidimus,  
satis quidem securum & tutum, sed intuenti-  
bus cunctis de latente arcano suspectum. Nullus enim  
quantumlibet eruditus latens mysterium sine peritia tra-  
ditionis inueniet, quippe cum nec apertam queat intelli-  
gere scripturam. Ordinauimus autem dictiones confictas  
nihil in se, sed literas duntaxat alphabeti sibi praepositas  
repraesentantes, per quas omnia mentis tuae secreta scri-  
bere ac nota facere poteris amico securissimè quantūcūq;  
absenti. Artis verò inscijs & ignari cum viderint scriptu-  
ram, linguam aliquam putabūt esse peregrinam, & quid  
contineat penitus ignorabunt. Tu autem cum aliquid per  
huius libri modum scribere aut nunciare volueris absen-  
ti, cura in primis vt omnes & singulas dictiones ab inui-  
cem propriè distinguas, ita quod vnaquaq; clarissimè ab  
alia queat discerni, ne is cui scribis, aut vnā pro duabus,  
aut duas capiat pro vna, quia magnum parturiret erro-  
rem. Ponamus huius rei exemplum. Abrin madon badis,  
cadulur pasu, adia loroff masara damis, boda omo dromi-  
drus vares mastron pba lares medas rassut madebor tao-  
ra, mesen baiu phosat, galos, prosol fane lemoros, arosoca-  
bil neso, hamol beliet rhamil fesia doron hubor rodex.  
In hac narratione facti sermonis haec breuis arcani senten-  
tia continetur amici de periculo auisantis amicum. Non  
venias



## EXPLANATIO

venias ad curiam, quia rex tibi indignatur. Cernis quam facilis, tutus & securus sit iste modus scribendi & numerandi quodcumque volueris ad amicum ipsum intelligentem. In omnibus tamen noueris cauendum, vt prius est dictum, ne plus quam vnā dictionem capias de quolibet alphabeto, nec rursus aliquod transilias alphabetum. Quotiens narrationem confecti sermonis ad finem libri perduxeris, arcano mentis tuæ nondum cōpleto, iterum incipias à principio, & hoc quotiens necessarium fuerit. Poterit nihilominus vnusquisque pro suo arbitrio has dictiones nostras mutare, alterare, meliorare, plures adijcere, ita tamen quod consonantiam caueat turpiter in voces prorumpentem.

## EXPLANATIO LIBRI POLYGRAPHIAE NO- STRÆ QUARTI.

**I**N quarto Polygraphiæ libro simili ratione dictiones à nobis confectas sub ordine alphabetico locauimus, sed in vno solo consultè à præcedente discrepamus. Nam in præcedenti libro nihil in se dictionum proprietatis aliud cōtinent, nisi quod literas à capite sibi præpositas repræsentant. In quarto autem libro quem nunc versamus in manibus singulæ dictiones proprium vigorem continent, & literas nihilominus antepositas designant, Intus habent quod foris exhibent, quia secunda litera cuiusq; dictionis occulto semper deseruit mysterio, quod sequenti manifestum faciemus exemplo. Ecorack banasar dulay semalas, chorion suriel anephor scharas



*baras busarat vimalo tropen tumelech amasar . Pro  
 buius intellectu mysterij de qualibet dictione secundā dñā  
 taxat literam accipito & inuenies hunc sensum latentē,  
 Caue hunc virum . Nam secunda litera in Ecorach est C,  
 in banasar A, in dulay V, in semalas E, coniunge has quā  
 tuor literas & facient hoc verbum, Caue . Sicq̃ procedas  
 tur in reliquis vsq̃ ad finem libri, & si quid occulti restat  
 mysterij scribendum, totiens recurratur ad principium,  
 donec arcanum in toto fuerit completum. In hoc modo se  
 cretissimè scribendi, si quis per longum vsum fuerit ex  
 ercitatus libro non indiget, sed ex tempore dictiones suo  
 proposito conuenientes facilè componet . Qui autem mi  
 nus in cōponendo exercitatus fuerit, libri copiam de quo  
 scribat necessariò requirit . Lectori exemplar voluminis  
 non erit necessarium, quippe cum sine libro per literas va  
 biq̃ secundas facilè latens queat inuenire secretum. In re  
 bus tamen magnis, arduis aut periculosis, huic modo scri  
 bendi non satis tuto crederetur, propterea quod industria  
 periti hominis à casu posset occultum inuenire  
 mysterium . Potest autem & iste modus  
 scribendi per virum intelligentem  
 mutari, vt literæ significan  
 tes in tertio vel in quarto  
 dictionis loco ponan  
 tur dictionibus  
 alteratis.*

E X.



EXPLANATIO IN  
QVINTVM LIBRVM PO-  
LYGRAPHIAE NOSTRAE  
breuis.

**I**N quinto Polygraphiae libro varios occultè scribendi modos per transpositionem literarum communiter tradidimus, tali coordinatione dispositos, quod eorum volumine omnia tuto scribere ac nunciare absenti amico poterimus. Est autem, vt nostro more loquamur, transpositionis literarum progressus penè infinitus, dum ex alphabeto vno per metathesin innumerabilia consurgunt. In primis tabulam descripsimus rectam, alphabeta quatuor & viginti continentem, per cuius intelligentiam tot poterunt alphabeta componi, quot stellæ numerantur in firmamento cæli. Quot enim in ipsa tabula sunt grammata, totiens consurgunt ex arte decies centena milia, per ordinem alphabeta. Post hæc tabulam distribuimus auersam, quæ totiens consurget in aliam, quotiens literam mutaueris à capite primam. Est autem litera in prima tabula recta B, & in auersa Z. In quartum locum quotiens reposueris quamlibet aliam, variatam totiens inuenies tabulam per omnia nouam, & ita vsque ad infinitum. Deinde primam tabulam rectam expandimus, unicuique literæ transpositæ nigrae illam quam representat ad caput eius cum minio collocantes, vt modum scribendi faciliorem lectori præberemus. Est autem modus iste scribendi, vt in primo alphabeto nigro, capias occultæ sententiæ literam vnā, de secundo aliam, de tertio tertiam, & sic consequenter vsque ad finem. Quo cum

peruen



perueneris, totiens ad ordinem primum redeundum memineris, quousque mentis tuæ secretum mysterium occultando compleueris. Verum ut ordinem videas, ponamus exemplum. Hxpf gfbmcz fueib gmbt gxbsr ege rbd qo pma vvv. Wfxegk ak. tnr qxyx. Huius mystici sermonis sententia est. Hunc caueto virum quia malus est, fur, deceptor, mendax, & iniquus. Cernis iam nunc lector quam mirabilem transpositionem literarum alphabeti hæc tabula reddat, cum sit nemo qui sine noticia eius hoc valeat penetrare secretum. Excedit enim modus iste scribendi omnem transpositionem literarum communem, cum unaqueque litera semper de una serie alphabeti mutetur in aliam. Ex tabula quoque auersa, quam simili distributione per ordinem expandimus, pro introductione tale ponamus exemplum. Rdk t, stz nyb, teuqz, suzf, sdrgh, vfd. Cuius arcani sensus est talis. Hunc caueto virum, quia malus. Et nota quod sub exemplo tabulæ rectæ iam posito seriem occultam à principio per totum eius deduximus, & deinceps continuando similiter per auersam, rursusque circum facimus, ut cernis ad principium tabulæ rectæ. Unde considerandum quod series una scribendi per utramque tabulam potest deduci, quemadmodum in primi demonstratione exempli iam fecimus, aut si malueris per unam solam, sicuti nos in auersa sufficienter ostendimus. Nec faciet difficultatem lectori ad quem tu nuncium mittis occultum, qui facile intelliget omnia, si vel paruum in arte habuerit experimentum. Validissimum autem documentum quod scientiam auget, est usus in arte qualibet frequentatus. Post expansionem verò tabularum quædam

E

dam



## EXPLANATIO

dam sequuntur orchemata, in quibus non solum fit literarum omnium transpositio, sed etiam vnius super aliam ordinata transilitio. Nam orchema graece, transilitio nuncupatur latine. Et imprimis quidem saltum literarum in expanso signauimus, postea in orchema reduximus. Fit autem in orchematis huius operatione saltus mirabilis. Alphabeta in eo sunt quatuor & viginti. In primo nulla intermediat litera. In secundo vero vna. In tertio duae. In quarto tres. In quinto quatuor. In sexto quinque. In septimo sex. In octauo septem. In nono octo. In decimo nouem. In vndecimo denique decem, & ita consequenter vsque ad quartum atque vice simum alphabetum, in quo literae intermediant tres & viginti, postea regressus fit similitudinis ad principium. Modus autem in orchematibus pro mysterio scribendi similis est illi qui observatur in tabulis transpositionis literarum, ut videlicet scripturus ad regulam orchematis, de quolibet alphabeto nigram capias literam duntaxat vnā, quam scriptam initio demonstrat à capite. Ad cuius intellectum ponamus exemplum. Prdb. ifyqyn. bdyen. Zbkt. sxfol. inq. Sententia cuius haec est. Hunc caueo virum, quia malus est. Cum inter scribendum ad finem orchematum perueneris, & inceptum arcanū cordis tui nec dum fuerit consummatum, totiens ad principium tibi noueris recurrendum, donec mysterium fuerit per omnia completum. Et scias quod ex orchemate literarum vno tot componuntur alphabeta, quotquot habere inquisitor studiosus optauerit. Denique hic modus scribendi per orchemata, id est transilitiones & saltus omnium est securissimus, propterea quod literarum



terarum non vniformis, sed multipliciter variata consur-  
git transpositio. Et notandum quod vera & perfecta co-  
gnitio tabellarū & orchematum, si fueris industrius &  
studiosus, tibi dabit intelligentiam omnium scripturarū,  
quæ per transpositionem quomodolibet exarantur litera-  
rum, & est magnum secretum quod pauci nouerunt, om-  
nes posse inuenire sententias in transpositione literarum  
quacunque occultatas.

## SEXTI ET VLTIMI POLYGRAPHIAE LIBRI EXPLANATIO BREVIS.

**I**N sexto & ultimo polygraphiæ libro quosdam vete-  
rum characteres quibus pro literis fuerunt vsi com-  
portauimus, vt si quis proprium sibi alphabetum ex eis  
voluerit usurpare possit, quamquam mediocriter peritus  
dum velit characteres sibi queat excogitare pulchriores.  
Omnia huius libri syntbemata satis aperta sunt, & ma-  
nifesta, propterea nulla vel breui explanatione indigent.  
Ea tamen quæ per nos extant nouiter inuenta, certam de-  
clarationem requirunt, ne fortassis absque ratione posita  
videantur. Literas in primis latinorum omnes fecimus  
more hebræorum & græcorum numerales, verecundum  
nobis existimantes si reperiāmur illis in hac parte infe-  
riores. Quid enim quod certas duplicauimus literas vt  
sufficerent ad numerum infinitum, cum id ipsum dudum  
fecerint eadem compulsi necessitate iudæi? Et græci pro-  
pter defectū literarum, notas quasdam admiserūt in nu-  
merum, literas duplicare non valentes. Nos autem quia  
pari literarum vrgemur defectu, notas admisimus duas



# EXPLANATIO

videlicet istam &, quam nostri ponunt scriptores pro &, nec refert sic scribatur, &, vel sic, et, modo sex repræsentet in numero. Alteram verò adiunximus 9, quam nostri abbreviando scribunt pro con & com indifferēter, & hic in ordine numerorum repræsentat sexcenta. Literas autem eadem necessitate duplicauimus duas, videlicet, r, z, & s, s, quarū r, significat nonaginta, curuum verò z. centum, s. longum ducenta, & s clausum trecenta. Porro W geminatum, quam propter theutoneci sermonis rationem in ordinem alphabeti locauimus, ultimam repræsentat teram, & in serie numerorum mille. Huius nouæ adinventionis nostræ ad numerorum rationem tabulare ponamus exemplum, vt qui scire modum voluerit, certum ante oculos habeat documentum. Quod enim & hebraicis & græcis semper facile extitit, nobis impossibile nō erit. Sequitur tabula numerorum.

A	j	o	lx	wf		ws	ccc
b	ij	p	lxx		vij		ccc
c	iiij	q	lxxx	wg	vij	wt	cccc
d	iiij	r	lxxxx	wh	viiij		d
e	v	z	c		viiij	wu	dc
&	vj	s	cc	wi	x	w9	dcc
f	vij	s	ccc	wk	xx	wx	dccc
g	viiij	t	cccc		xxx	wy	dccc
h	ix	u	d	wl			
i	x	9	dc				
ia	xj	x	dcc	wm	xl		
ib	xij	y	dccc			wz	dcccc
ic	xiiij	z	dcccc	wn	L	ww	c
							X



# LIBRI V.

34

d	xiiij	wo	lx		c
ie	xv	w	j	wp	lxx
io	xvj	wb			lxxx
if	xvij		ij	wq	
ig	xviii	wc	ij		lxxxx
ib	xviii	wd	iiij	wr	
k	xx		v	wz	c
l	xxx	wc			
m	xl			ws	cc
n	l	wc	vi		

wwc	lx	wwl	ccc	wwr	dcccc
wsf	lxx	wwm	cccc	wwz	x
wng	lxxx	wwn	d	wsf	xx
wwb	lxxxx	woo	dc	ws	xxx
wwi	c	wwp	dcc		
wwk	cc	wwq	dccc		

Sufficientem numerandi modum per literas latinas more hebræorum & græcorum ostendimus, quem per digressum isthic rationabiliter collocauimus, quanquam & in libro sexto prius babeatur. Per hoc verò quod progres-

E 3

dientes



## EXPLANATIO

dientes numerum hic nostrum in trigesies centies centum milibus conclusimus, deducibile fore in infinitum patenter declaramus. Si cui modus iste numerorum displicet, facile poterit excogitare meliorem. Imitatione quoque Nortmannorum ex præscriptis literis numeralibus novum ordinavimus alphabetum, per quod amico absenti tuto scribere ac nunciare poteris omne quodcumque volueris arcanum. Tam verò secretus est iste modus scribendi quam & novus & ante nos nunquam visus vel auditus, ut mihi penitus videatur impossibile quod intelligi possit ab alio quo sine ministerio docentis. Sed iam eius alphabetum ponamus.

a	a	1	f	g	7	ic	n	13	ib	t	19
b	b	2	g	b	8	id	o	14	k	u	20
c	c	3	b	i	9	ie	p	15	ka	x	21
d	d	4	i	k	10	ie	q	16	kb	y	22
e	e	5	ia	l	11	if	r	17	kc	z	23
& f	f	6	ib	m	12	ig	s	18	kd	w	24

Habes ecce iam hic alphabetum ex literis romanis numeralibus ad imitationem Nortmannorum, cum quo scribere ac nuntiare tutissimè poteris amico absenti quaecumque volueris, & nemo latens tuum poterit penetrare secretum, præter illum qui novit artis arcanum. Omnes enim qui scripturam viderint, literas exestimabunt esse transpositas, & frustra in earum supputatione laborabunt, ponam<sup>9</sup> exemplū. laaibid ifeib, ieifeigeicchkib. cakeibid. ie&kabk. gidibid eigib ieeigigh ibkig. &kif. iaaiibifid. ibeicdaka. eib. iceie&kaib. Huius scripturæ latens sententia talis est. Latorem præsentium caueo, quia homo est

pessu



pessimus, fur, latro, mendax, & nequam. Huius demonstra-  
 stratione exempli facile datur intelligi quam tutus atq; se-  
 curus sit modus iste scribendi vniuersaliter in omni lino-  
 gua scriptor cognita, & in omni causa vel negotio quana-  
 tumlibet arduo, secreto, magno, vel prolixo. Nec puto  
 hominē viuere in mundo qui ex proprio ingenio sine docē-  
 te hanc ipsam legere scripturā possit. Omnes enim qui vi-  
 derint eam nihil existimabunt aliud quā literas esse tran-  
 spositas, & cum earum intelligentiā nancisci nequineris  
 desperatione tandē fatigati ab inuestigatione cessabant,  
 & manebit quicquid scripsisti occultum. Nemo enim vt  
 existimo, industriā hanc occultē scribendi suis viribus pē-  
 siculabit quemadmodum ipsa est, nisi aut polygraphiā,  
 seu eius hanc clauem ad manum habuerit, aut ab alio fue-  
 rit institutus. Ex literis etiā his numeralibus dari & alia  
 possunt alphabeta plura secūdum ordinē numerandi, quā-  
 do non ab vnitatem sed à quolibet alio numero sequēte scri-  
 bendi alphabeticē sumeretur initiū. Sed in eo progressu  
 noueris præcauendum, ne pro vna litera plus quam duæ  
 numerabiles ad præsentandum eam capiantur. Vnde cum  
 perueneris ad *ww*. hoc est decies centena milia, gressum  
 siste, nec vltius euageris, ne grammaton multitudo scri-  
 bendi pulchritudinem deprauando confundat. Sufficiunt  
 enim post vnitatem seclusam, & decies centum milia,  
 ta grammata inclusa, ad alphabeta singularia ferè tri-  
 ginta. Primi tamen alphabeti modus cum vnitatem incia-  
 piens tanto ad inuoluendum scriptis arcana pulchrior  
 est, quanto breuior atque simplicior. Scripturam denique  
 reddit minus tortuosam.

E

4

Ordio



## EXPLANATIO

Ordinauimus & aliud alphabetum latinis literis ordine confuso distributis, & absque norma transpositis, cuius imitatione fieri & alia poterunt pene sine numero, & eius iam ponitur similitudo.

o	a	t	g	c	n	9	t
p	b	b	b	a	o	k	u
q	c	u	i	b	p	n	x
r	d	W	k	y	q	m	y
i	e	x	l	d	r	l	z
a	f	z	m	g	s	f	w

Ponamus & huius alphabeti exemplum, ut probes mus in eo posse laterè secretum. Gquog, ozuqi, ykar, din, vc, qacquxua, riqdiku99i, aqqurixrlz, skti, idta, ykoc9 aqukg, vc, coddotacuoz, osoqui, iukg, ci, qidiog. Hæc autem scriptura talem in se continet sensum. Scias amice quod rex in consilio decreuit te occidendum. Fuge ergo quantocius in narragoniam à facie eius ne pereas. Iste quoque modus scribendi tortuosus est, & nulli subiicitur normæ regulari, quippe qui ad placitum scribētis per fortuitam transpositionem variari & mutari potest quantum quisque voluerit. Consequenter notandum quod in fine sexti polygraphiæ libri alium scribendi modum per notas tradidimus numerales quas vulgo Ziferas nuncupāt, sub cuius velamento securè scribes ad amicum absentem quicquid volueris, & nemo imperitus artis vel inuenire vel suspicari poterit laterè secretum, maxime si regulæ quas dedimus super his diligenti cautela obseruentur.

Hoc



Hoc est quod cartula formetur in modum tabulae Astro-  
nomicae, quasi contineat aliquid ad rationem Syderum per-  
tinens, ita videlicet ut interponantur characteres signor-  
um vel planetarum, ut is cuius manus forsitan à casu  
inciderit tabulari similitudine adductus, nihil arbitretur  
in ea latere secreti, sed ad supputationem aliquam astro-  
nomiae pertinere omnia existimet. Ordinavimus autem  
duodecim alphabeta iuxta numerum duodecim signorum  
Zodiaci, unicuique numerum viginti quatuor loco literarum  
tribuentes, quorum primum arietis ab unitate incipit, &  
in viginti quatuor terminatur. Consulimus tamen in re-  
bus magnis & arduis ab unitate cauendum, propterea  
quod is scribendi modus propter ipsam facile possit esse  
suspectus. Verum quicumque naturali sua voluerit in-  
dustria uti prudenter, ex nostris inueniet subtiliora, &  
quae nos non satis polita tradidimus, facile reddet melio-  
ra. In orchemate numerali magna latent arcana, quae si  
quis proprie intellexerit, plura numerorum mysteria pe-  
netrabit. Nobis enim nec tempus erat nec ratio hac vice  
omnia profundere in publicum, sed nostro iudicio satis  
fuerit, quod fecimus pro institutione illorum quibus no-  
stra olim placebunt inuenta, ut modos habeant plures  
non solum occultè scribendi quodcumque voluerint ad par-  
ticipes industriae absentes, sed modum etiam unum pro-  
ducendi in plures meliores & subtiliores iuxta uniuscuius-  
iusque capacitatem intelligentiae. Item cum orchemata nu-  
merorum satis in locis suis sint aperta & manifesta simul  
& earum tabulae expansae, non fuit isthic necessariū simul  
dicta replicare, ne prolixitas nimia tedium lectori gene-



## EXPLANAT. LIB. VI.

raret. Sed & per numerorum figuras exemplum ponere  
 scribendi secretius non existimaui necessarium, cum  
 nulla sit in modo sciendi difficultas, apud omnes qui in  
 vel mediocri vigent ingenio. Simili facilitate signa nume-  
 randi vetustissima quæ reduximus in lucem poterunt  
 intelligi & comprehendere, quibus numerorum cognitio  
 producit in infinitum. Quotiens enim minori numero  
 virgula supraponitur, millenarius designatur. Nam  $\overline{X}$ .  
 decem milia  $\overline{C}$  centum milia.  $\overline{M}$ . mille milia.  $\overline{X}$ .  
 decies mille milia.  $\overline{C}$ . centies mille millia.

$\overline{M}$ . milies mille milia significat, &  
 ita consequenter quousque &  
 quantumcunq; progres-  
 di numerando vo-  
 lueris sine  
 termino.

FINIS POLYGRAPHIAE  
 Clavis Ioannis Trithemij abbatis  
 Pæapolitani ad Maximi-  
 lianum Cæsarem.

\*

APO-



37

# APOLOGIA IOANNIS

## TRITHEMII PRAEPOSITA

### STEGANOGRAPHIAE.



Antiquos Philosophos & Sapientes artis ac naturæ, si quæ reperissent secreta, ne ad notitiam prauorum hominum deuenissent, varijs occultasse modis atque figuris, multorum opinio est. Moysen quoque Israeliticæ gentis famosissimum ducem, in descriptione creationis cæli & terræ, ineffabilia mysteriorum secreta, verbis operuisse simplicibus, doctiores quique Iudæorum confirmant. Diuus etiam & inter nostros eruditissimus Hieronymus, penè tot in Apocalypsi mysteria latere dicit, quot verba. Græcorum Sapientes prætereo, nō parvæ apud suos reputationis & gloriæ, qui fabulis conscribendis operam nauantes, aliud imperitis, atque aliud eruditis hominibus, vnius narrationis serie, prudenti adinventione tradiderunt. Hos ego sapientiæ studiosissimos amatores, & si propter ingenij tarditatem perfectè imitari non possum: admirari tamen, & quæ possum sedulitate legere & venerari, pulchrum & gloriosum iudico. Quatenus cum illos magna præ ceteris hominibus, proprio studio adinuenisse consydero, meipsum, quandam violentiam mihi inferens, ad aliam quam vel inter nouissimos imitationem eorum impellā. Nec me prorsus, vt reor, fefellit opinio: quippe qui & multa, quæ ante nesciueram, per continuum legendi studium didici, & cogitationibus meis aditū ad inuestigandū secretio



## APOLOGIA

*secretiora, reſeraui. Nam & ſi non ſum tantæ vel erudi-  
 tionis, vel indiſtriæ, vt me veterum Sapientum, illum  
 occultandi myſteria modum appræbendiſſe, audeam pro-  
 fiteri: modos tamen quosdam nō penitus contemnendos,  
 vt mihi videtur, occultè, & prorsus ſine ſuſpitione ali-  
 qua, ſcribendi & occultandi, quodcunq; volueris, excogi-  
 tauī, quos ad inſtantiam ſereniſſimi Principis, domini  
 Philippi Comit̃s Palatini Rheni, Ducisq; Bauariæ, ac  
 Romani Imperij Principis Electoris, Philoſophorum ſa-  
 pientiſſimi Mæcenatis, quo nullus dignior mihi viſus  
 eſt, cui hoc magnum ſecretum reueletur literis commen-  
 daui, & in ſubiectū volumen, non ſine ingenti labore re-  
 duxi, ne hoc magnum ſecretum in aures vulgarium im-  
 peratorum, aut prauorum hominum perueniat. Te lector  
 quicumque futurus es, rogo memineris, quanta per hanc  
 ſcientiam mala in Republica fieri per malos & lubricos  
 poſſent, ſi ad multorum notitiam deueniret, adulteria,  
 fornicationes, conſpirationes, traditiones, homicidia, la-  
 trocinia & infinita mala. Nam ſicut bonus & hone-  
 ſtus homo voluntatis ſuæ ſecretum alteri hanc artem  
 ſcienti, quotieſcunq; voluerit pro vtilitate priuata vel  
 communi, ſecurè, & abſq; aliqua ſuſpitione cuiuſcunq;  
 notificare poteſt & exprimere: & peruerſus quiuſque  
 lubricus, & malitioſus, voluptatis ſuæ perſonæ conſen-  
 tanea quantumlibet, turpiter impedimento penitus omni  
 ſemoto, malum deſiderium ſuum, ſine aliqua ſuſpitione  
 poterit intimare. Nec tuta inter coniugatos fides manere  
 iam deinceps poſſet, dum fœmina, quamuis latini ſermos  
 nis hætenus inſcia, per ſancta & pudica verba cuiuſlibet  
 lingua*



linguæ seu ideomatis effecta doctissima, malam & impudicâ amatoris sui seu voluntatē, viro licet præferente ac collaudatē literas, latissimè intelligere, suumq; desiderium eodē modo securissimè quā voluerit, latè illi remandere, diserta satis oratione possit. Enimverò licet hæc scientia puerilis videri aliquibus possit, tamen si fuerit publica, totus Reipublicæ ordo turbaretur, fides periret publica, literæ, instrumenta, scripturæ, omnes ipsi denique hominum sermones, in perpetuam suspicionem verterentur. Nemo iam literis quantumcunq; bonis, honestis & sanctis amplius crederet, fidem epistolis nullus adbiberet, quoniam, quantumlibet sancta & pudica verba fuerint, semper tamen dolus, fraus & mala deceptio subesse putaretur, fierentque homines ad omnia timidi, & non minus ad mutuos sermones, quoniam ad literas quaslibet suspiciosi. Nec fieri quispiam tam doctus, & expertus in hac ipsa scientia vnquam poterit, vt non relinquatur infiniti modi, secretè, & occultissimè scribendi ad omnia sufficientes, quos ipse nondum appræhendit. Est enim hæc scientia chaos infinitæ magnitudinis, quod nemo cōprehendere potest. Quia quantumlibet doctus in hac arte fueris, minus tamen est quod intelligis, quā illud quod nescis. Nam huius scientiæ proprietas est, Magistro discipulum semper, modo sit industrius & velit, reddere sine cōparatione doctiorem.

SE-



SEQVITVR EXPOSITIO  
CLARISSIMI VIRI A.  
DOLPHI A GLAVBVRG PATRI-  
cij Francofordiensis, cum exemplis  
eorum quæ ab Authore vel  
præterita sunt, vel minus  
perspicuè tractata.

\*



Agnus ex his Romanorum Im-  
perator.) De hac ratione scribendi vi-  
deatur Suetonius Tranquillus in vita  
Augusti Cap. 88. et in vita Iulij Cæsaris  
Cap. 86. Extant (inquit) & ad Ciceronem,  
item ad familiares, domesticis de rebus (epistolæ sci-  
licet) in quibus si qua occultius perferenda erant, per no-  
tas scripsit, id est sic structo literarum ordine, ut nullum  
verbum effici posset, quæ si quis inuestigare vellet, quæ-  
tam elementorum literam, id est, d. pro, a, & perinde reli-  
quas permutet. Cæterum Isodorus etiam meminit episto-  
læ Augusti ad filium, in qua sic scribit: Quoniam innu-  
merabilia assidue incidunt, quæ scribi alterutrum oportet,  
& esse secreta, habeamus inter nos notas, si vis tale  
ut cum aliquid nobis scribendum erit, pro vnaquaque li-  
tera scribamus sequentem, hoc modo, b, pro a, c pro b, ac  
deinceps eadem ratione cæteras. Pro, z, autem litera re-  
deundum ad duplex aa.

Archimedes Syracusanus.) Huic simile est quod  
apud Gellium legitur lib. 17. cap. 9. Lacedæmonij veteres  
cum



cum dissimulare, & occultare literas publicè ad imparatores missas volebant, ne si ab hostibus exceptæ forent, cōsilia sua nosceretur, epistolas, in id genus factas mittebāt. Surculi duo erant teretes, oblonguli, pari crasamento, eiusdemque longitudinis, dera si atq; ornati cōsimiliter. Vnus Imperatori in bellum proficiscenti dabatur, alterum domi, magistratus cum iure atq; cum signo habebant. Quando vsus venerat literarum secretiorum, circum eum circulum, lorum modicæ tenuitatis longum, aut quantum rei satis erat complicabant, volumine rotundo & simplici, ita vti ore adiunctæ vndique & coherentes lori quodplicabatur coirent. Literas deinde in eo loro per transuersas iuncturarum oras versibus à summo ad imum proficiscentibus inscribebant. Id lorum literis ita perscriptis, reuolutum ex surculo Imperatori commenti illius conscio mittebant. Resolutio item lori, literas truncas atque mutilas reddebat, membraq; earum & apices in partes diuersissimas spargebantur. Propterea si id lorum in manus hostium inciderat, nihil quicquā ex eo loro coniectari quibant. Sed vbi ille ad quem erat missum acceperat, surculo compari quem habebat capto, ad finem perinde vbi debere fieri sciebat, circumplicabat, atque ita literæ per ambitum eundem surculi coalescentes rursus coibant, integramque & incorruptam epistolam & facilem legi præstabant. Hoc genus epistolæ Lacedæmonij σκυταλιν appellant. Vide etiam Platarchum in uita Lysandri.

Est & alia nō minus ingeniosa ratio occultandi literas, à Hieronymo Cardano in lib. subtilitatū descripta. Membranas



## APOLOGIA

branas duas æquales accipias delineatas ad scribendum,  
 atq; in ipsis lineis foramina sparsim è regione in utraque  
 parua, sed tamen pro elementorum magnitudine seu alti-  
 tudine facies. Quædam septem, quædam tria, quædam os-  
 to uel decem elementa continebunt, ut omnia simul for-  
 amina centum & uiginti elementa simul iunctis omni-  
 bus quæ inscribi possunt, contineant. Harum alteram da-  
 bis illi ad quem scribere desideras. Cum verò opus est,  
 scribere primum sententiam tuam quam breuissime poi-  
 tes, sic ut numerum elementorum minorem contineat senten-  
 tia, quamuis is est, quæ capiunt intervalla. Inde in mem-  
 brana supposita foraminibus, scribes eam sententiam, at-  
 que item in alia atque alia, demum imple spatia prima  
 membræ, sententias complendo, delendo, implendo do-  
 nec sensus constet. Hanc secundam sententiam comple-  
 bis in secunda membrana, sic, ut uerba & sententiæ co-  
 hæere uideantur, in tertia quoque ita aptabis, ut illæ sit  
 primis literis sententia tota, verborum numerus magni-  
 tudoque constent, ac concinnitatem quandam retineant.  
 Quibus peractis superpone exemplar quod præcidisti mem-  
 bræ coæquali, atque in terminis foraminum puncta te-  
 nuissima signabis eo usq; quo literæ pertingant, quas scri-  
 bere desideras. Tum tertiam membranam accipe, episto-  
 lamq; continuis uerbis, decenti spaciolorum ordine, ac ma-  
 gnitudine tum etiam literarum, sic, ut prima sententia,  
 ac uerba illius inter punctorum terminos contineantur.  
 Ergo fuci suspicio tunc nulla manet: alter, cum recipit su-  
 perposito exemplari, sententiam animi tui ilico intelli-  
 git, nec huic rei, tametsi laboris haud levis sit, aliquid ad  
 signis



significandum sententiam periculosis temporibus suis amicis par inueniri potest.

Marcus Tullius.) Sententia est, Ciceronem pro singulis dictionibus latinis, singulos & particulares Characteres excogitasse, quibus si necessitas postulabat, orationem quantumvis prolixam, cum paucissimis signis, tum occultissimè scripsit. Et hoc modo tradunt, orationem Catonis, ut coniurati supplicio afficerentur, seruam tam ac literis demandatam, Cicerone consule uelocissimos scriptores instituentem, qui huiusmodi notis dicta comprehenderent. Veteres etiam circa perscribendas dictiones celeriter ac compendiose, similem quandam rationem secutos, ut frequenter vnica litera dictionem significarent, testantur Valerius Probus, Petrus Crinitus, Angelus Decembrius, item antiquissima monumenta diligentissime à Petro Appiano, & Bartholomeo Amantio collecta. Cæterum de hac industria scribendi deinceps diligentius tractabitur.

Beda noster in Anglia.) De computatione & loquela digitorum. Hæc inuenio apud Bedam de temporum partitionibus. Cum vnum dicis minimum in læua digitum inflectens in medium palmæ artum infiges. Cum dicis duo, secundum à minimo flexum ibidem impones. Cum dicis tria, tertium similiter adflectes. Cum dicis quatuor, itidem minimum leuabis. Cum dicis quinque secundum à minimo similiter eriges. Cum dicis sex, tertium nihilominus leuabis, medio duntaxat solo, qui medius appellatur in medium palmæ fixo. Cum dicis septem, minimum solum cæteris leuatis super palmæ radicem

F

dicem



## EXPOSITIO.

Secundum genus Hyphasmaticon.) Doctissimus vir Theodorus Bibliander hyphalmicon habet, ob eam causam ut arbitror, quod in huiusmodi occultatione nihil literarum appareat priusquam charta aquis immersa fuerit, ut cum literas alumine scribimus, aqua superinfusa chartam obscuriorem literis efficiet, quæ alioquin non potuissent legi.

Scribuntur item literæ ac varijs mo.) Herodotus lib. 7. circa finem. Posteaquam Xerxes statuit aduersus græciam sumere expeditionem, id Demaratus qui Susis erat, cum accepisset, censuit Græcis esse indicandū, sed cum aliter nequiret, quippe periculosum erat, ne deprehenderetur, hanc rem commētus est: sumptis duarū tabellarum pugilaribus, ceram illinc eradit. Deinde in eorum ligno consilium regis exarat. Quod literis exaratum, rursus cera inducit, ne quid negocij apud viarum custodes exhiberent pugillares cui ferrentur. Qui ubi Lacedæmonem allati sunt, non poterant eos Lacedæmonij interpretari, antequam (ut ego accipio) Chromenis filia, eademq; Leonidæ vxor Gorgo, illos admonuit, ipsam rem interpretata, iubens cerā effringi, fore enim ut literas in ligno reperirent. Ita ei auscultantes Lacedæmonij literas repertas relegerunt, easq; deinde ad græcos dimiserunt.

Gellius libro decimo septimo cap. 9. Est & alia (inquit) in monumentis rerum græcarū profunda quædam & inopinabilis latebra, barbarico astu excogitata. Histieus nomine fuit loco natus in terra Asia non ignobili. Asiam tunc tenebat imperio rex Darius. Is Histieus cū in Persis apud Darium esset, Aristagoræ cuipiam res  
quasi



quasdam occultas nunciare furtiuo scripto volebat. Comminiscitur opertum hoc literarum admirandum: Seruo suo diu oculos ægros habenti, Capillum ex capite omni tã quam medendi gratia deradit, Caputque eius leue in literarum formas compingit, His literis quæ voluerat perscripsit: Hominem postea quoad capillus adolisceret dormi cõtinuit, ubi id factum est, ire ad Aristagoram iubet. Et cum ad eum inquit veneris, mandasse me dicito, vt caput tuum (sicut nuper egomet feci) deradat. Seruus vt imperatum erat, ad Aristagoram venit, mandatumque domini affert, atq; ille id non esse frustratus, quod erat mandatum fecit, ita literæ perlatæ sunt. Eadem fere scribit Herodotus, apud quem authorem etiam lib. i. legitur. Cum esset acerbus Astyages in Medos, Harpagus singulis quibusq; eorum se insinuans, primoribus persuadet, oportere Astyagem à regno submoueri Cyro delecto. His transactis Harpagus ac paratis, ita demum volens Cyro apud Persas agenti, suam aperire sententiam, cum aliter non posset, vtpote itineribus custoditis, huiusmodi rem comminiscitur. Exenterato quem solerter obtinuerat lepore, vt nihil omnino rescinderetur, indidit libellum, in quo quæ libuit conscripserat, resutoq; ventre, lepore vna cū retibus tradidit venatori cuidã suorum domesticorum fidißimo, præcipiensq; suo ore cum daret lepore: Cyro diceret, vt ipse suis manibus aperiret, idq; sine arbitris faceret, boiẽm demisit in Persidẽ. Hæc executo nuntio, Cyrus acceptũ lepore aperuit, inuentũq; libellũ qui in eo inerat legit. Vide Iusti. lib. i. Tradunt itẽ historiog. Columbas in rebus arduis internũcias fuisse, ita vt earũ collo ac pedib<sup>9</sup>



## EXPOSITIO.

alligatas epistolas in obsidione Mutinensi Hyrcius cōsul  
ad Decium Brutum ac Decius Brutus ad Hyrcium mi  
serit, vbi disposito cibo quibusdam eminentissimis locis,  
Columbas tenebris prius inclusas & fame plurima affe  
ctas, illinc inde volare instituerat.

Nonnulli (vt vitent suspicionem) chartam inscribūt  
atramento, quasi de rebus familiaribus amico aliquid si  
gnificare velint, postea quod secretum est, vrina scribūt  
in spacijs, alij succo Limonij aut Cæparū, alij contuso sale  
Amoniaco & aqua superfusa vtuntur. Huiusmodi autē  
literis scripta, antequam igni admota fuerint, penitus de  
litescunt. Quidam sequuntur consilium Poetæ: Cum pos  
sit cruri chartas cælare ligatas. Et iuncto blandas sub  
pede ferre notas. Cauerit hæc custos, pro charta conscia  
tergum Præbeat, inq̃ suo corpore verba ferat. Tuta quoq̃  
est, fallitq̃ oculos è lacte recenti, Litera carbonis puluere  
tange leges. Fallit & humiduli quæ fiet acumine lini.  
Efferet occultas parua tabella notas &c. Sunt etiam alia  
technæ, vt quod literas adipe hirci, aut bouis in silicem  
pingunt, qui aceto per aliquot horas impositus, & iterū  
extractus ea quæ inscripta fuerant, visui exhibet, item  
quod albumine oui scribunt, & in atrimentum tingunt,  
quo deraso literæ conspiciuntur. Postremò multa hoc loco  
verbis obscuris & cōmuni vsu minime receptis inuoluit,  
ne hominibus peruersis occasione præberet, hisce vel abusa  
ti, vel peiora excogitādi. Race scripsit versis syllabis pro  
cera quemadmodū Roma pro amor, nemilua pro alumine,  
raphocam pro campbora, &c. Sed quoniam talia propter  
publicam vtilitatem parcins tractanda sunt, nec ad insti  
tutum



tutum nostrum pertinent, omittamus omnia explicare, satis est enim si intelligatur quid nam per hoc tertium genus literarum significare voluerit.

Fuerunt etiam Beda contestante.) Sensus est. Veteres non solum dictionibus (vt nos) scripsisse, aut locutos, verumetiam quaecunque mundus continet, & à nobis compræbendi possunt certa quadam industria ad res significandas transtulisse. Diodorus Siculus libro quarto, Sunt (inquit) Ægyptiorum literæ varijs animantibus extremitatibusq; hominum atque instrumentis, sed præcipuè artificum per similes, non enim syllabarum compositione, aut literis verba eorum exprimuntur, sed imaginum forma, eorum significatione vsu memoriæ hominib; tradita. Scribunt quidē, Accipitrem, Crocodilum, serpentem, hominis oculum, manus, faciem & cætera eiusmodi. Accipiter rem denotat cito factam, quoniam hæc aliarū fermè omnium avis sit velocissima, transfertur hæc notatio ad res domesticas, quæ velociter fiant. Crocodilus malum significat, Oculus iusticiæ seruator & totius corporis interpretatur custos. Reliquarum corporis partium dextra manus digitis passis libertatem designat, sinistra verò compressis, tenacitatem atq; auaritiam. Eodem modo & cæterarum corporis partium figura atque instrumenta aliquid certum notabant, quæ memoria hominum, longo vsu, ac meditatione obseruata, è vestigio quid ea exprimerent, internoscebant. Petrus Crinitus quoque libro 7 cap. 2. huiusmodi rationem scribendi apud Ægyptios fuisse scribit de literis Ægyptiorum quæ hyeroglyphicæ appellantur, cum apud veteres authores mentio



## EXPOSITIO.

est, tum in obeliscis, etiamnum considerari hoc potest, in quibus figuræ illæ, & effigies animantium diuersorum, herbarum, fluuiorum, & arborum sculptæ, eius gentis philosophiam designant, sicut Strabo & Plinius grauissimi authores testantur. Nā in obeliscis regū Sedotis atque Sennosornij, qui ex Ægypto in urbē deuecti sunt, per eiusmodi symbola, & hyeroglyphicas notas, rerū naturæ interpretatio adnotata est. Ita em̄ Ægyptiorū philosophia creditur primo illustrata. Quod ab eodē Plin. & alijs traditur. Inter alias verò effigies, scarabeos, apes, fluuios, boues, vultures, aliaq; id genus notare cōsueuerunt. Porro ipsa effigie apis, symbolum regis signabatur, quod is in obeundis vitæ officijs, non minus iustitiæ aculeum, quam dulcē mellis clementiā habere debeat. In vulture naturæ genium ac maiestatem indicabant, quod inter has volucres fœminæ duntaxat inueniantur, &c. Multa etiam alia signa dictionum loco pinxerunt, de quibus vide Origenem Apollinem de literis hyeroglyphicis. Plinium lib. 36. c. 8. Item cap. 11. quo loco pro Sesotidis habetur Sesostridis pro Nuncoreo Phæron iuxta rectiorem lectionē. Meminerunt præterea eiusmodi literarum Strabo lib. 17. Cornelius Tacitus lib. 13. Cælius Rodiginus antiquarum lib. 29. cap. 26. Volaterranus lib. 33. quanquam nulli alibi hac compertas esse scribat.

Fuerunt qui accidentibus.) Sententia est, quæ cumq; in vniuersa rerum natura sunt, siue ab intellectu siue à sensibus percipiuntur, in eū vsum cōverti posse, eo modo quo vocabula significant. Hinc est quod animi nostri voluntatem, infinitis modis occultè, citra suspitionem, & alicuius hominis impedimentū alteri significat



licet, per dictiones, per signa quæ dictiones notant; ut per lucem, per colores, umbras, sonos, odores, sapores, per qualitates quæ tactum afficiunt, per figuras, magnitudines, numeros, per motum aut statum quarumcunque rerum, ut sunt partes corporis, per gestus digitorum, oculorum nutus, &c. Quæ quidem omnia si rectè tractentur, iuxtaq; literas, syllabas, dictiones, orationes, certo ordine, & numeris adscriptis disposita fuerint, admirandas facultates hominibus præstant, & tantò excellentiores quantò quis peritior ac exercitator fuerit in ijs disciplinis, quæ circa principia, causas & accidentia sensibilibum versantur. Talis est Catoptrice, quæ docet visibilia rerum signa in momento referre visui, per certas imagines procul à nobis extra specula in aerem proiectas, & ad significandā aliquam orationem institutas, quas facile intelligit, qui signorum cognitionē habet. Cæterū quo pacto fieri possit, ut omnia ad signorum usum transferantur, non est huius instituti, sed ad steganographiam pertinet, cuius operis argumenta doctissimus vir Ioannes Tritheimius in quadam epistola ad Boetium his verbis recenset, &c.

In manibus iam habeo grande opus, quod si unquam fuerit publicatum, quod absit, totus mundus mirabitur, cuius primi libri titulus est Steganographia. Erunt autē quatuor libri, quilibet ad minus centum capitulis distinguetur. Incepi hoc opus ad instantiam vnius magni principis quem nominare non opus est. quæris quid hoc opus docet? Maxima docet, omnibusque nescientibus stupenda & incredibilia, quæ à seculo nunquam sunt audita.

Primus



## EXPOSITIO.

**Primus** enim liber cōtinet plusquam centum modos occultè scribendi, quicquid velis sine omni suspitione, sine literarum transpositione, sine omni timore, ita ut non sit homo in mūdo, qui naturali industria scire, vel suspicari quidem possit, quid in meis literis contineatur, præterea qui artam nouit ex me, vel ex eo quē ego docuero. Verba sunt plana & familiaria, omni suspitione carentia, sed attentionem meā nemo sine arte percipere poterit in æternum, quantumcūq; sit doctus, & est res verè stupenda. **Secūdus** liber multo mirabiliora cōtinebit, per ignem videlicet in hac arte possum mentis meæ conceptum notū facere artem meam scienti ad quantācūq; distantia, ad centum miliaria vel plura securè sine verbis, sine scriptis, sine signis, per quemcūque nuntiū, qui si cōprehēsus in uerbo fuerit, si interrogatus etiā per tormenta durissima, nil potest fateri de nuntio meo, quia nihil sibi penitus cōfiteor de illo, quicquid occurrat, nuntium meum semper manebit occultum, nec omnes totius mūdi homines si simul essent cōgregati possent illud vestigare virtute naturæ. **Quod** etiā facere sine nuntio dū volo possum, voluntatem quoq; meā indicare possum sedenti in carcere artem sciendi etiā longè absens quātūcūq; custodiatur, etiā si tria miliaribus sub terra sederet. Et hæc omnia latissimè & niuersaliter quādo & quotiescūq; voluero possū, naturaliter sine aliqua superstitione, vel adiutorio spirituum quorūcūq;. **Mira** sunt fateor, sed audi mirabiliora. **Tertius** liber docet artē, per quam possum hominē idiotā scientiam tantū linguā maternā, qui nūquam nouit verbū latini sermonis in duabus horis docere, scribere, legere & intel-



per latinū satis ornatè & disertè, quātūcūq; voluerit,  
ita vt quicūq; viderint eius literas laudent verba, intelli-  
gant, latinè cōposita. Quartus liber cōtinet multa spūpen-  
da experimēta, sed purè naturalia. Mentē videlicet meā  
indicare possum scienti artē meam inter edendū, vel sedē-  
dum, cū alijs, sine verbis sine nutibus quam latissimè vo-  
luero, etiā inter loquendū prædicandū, ludendū in or-  
gano vel cantandū, sine impedimēto actionis alterius cui-  
uscūq; ita vt prædicando bona & sancta indicē, nō vera-  
bis, nō signis, non nutibus, cuiuscūque sciētī latissimè quicū-  
quid voluero, etiā clausis oculis, & alia multa quartus li-  
ber cōtinebit arcana quæ nō sunt in publicū proferenda.  
Mirantur hæc omnes, qui audiunt, è quibus multi sunt  
virī nobiles atque doctissimi, existimātes ista aut esse ima-  
possibilia, aut penitus supernaturalia. His ego tibiq; res-  
pondeo, quod multis respondi: multa naturabiliter, esse  
possibilia, quæ nesciētibus vires naturæ impossibilia, vel  
etiā super naturalia vidētur. Et ecce corā deo meo loquor  
qui oīa nouit, quod ea quæ prædixi miranda, multo sunt  
excellētiōra profundiora et maiora, quā ego scribere aut  
tu credere possis, & tamē omnia sunt purè naturalia, si-  
ne deceptione aliqua, sine superstitione, sine magica arte,  
sine inuocatione seu ministerio quorūcūque spirituum.  
Hæc ideo dixerim, vt si fortè aliquando rumor ad te per-  
uenerit, me aut scire aut posse miranda, non me magum  
dico existimares, sed philosophum. Nam quod Alberto  
magno pfundissimo rerū naturalium scrutatori cōtiguit, vt  
propter mirāda quæ occulta virtute naturæ operat<sup>9</sup> est,  
magus à vulgo sit habitus, mibi sum certus similiter con-  
tingea



## EXPOSITIO.

tingere posse, si quæris unde mihi ista quæ nemo alius  
 uuit, audi. Non ab homine neque per hominem ista didici  
 sed per reuelationem nescio cuius, cum enim præsentia  
 no quadam vice cogitarem quid noui possem inuenire  
 quod omnes lateret, cæpi cogitare si ea possem excogitare  
 quæ dixi miranda. Cum post longam phantasiâ tanqu  
 de re impossibili penitus desperarem, dormitum eo, me  
 ãte reposui, fatuitatem meam ipse mecum deridens quæ  
 impossibilia quærere tentauerim. Eadem nocte mihi affu  
 tit quidam dicens, nō sunt vana ò Tritheimi, quæ cogita  
 quanquā tibi sint impossibilia, quæ nec tu nec alius tecum  
 poteris inuenire, dixique ad eum. Si ergo possibilia sunt  
 dic obsecro quomodo fiant. Et aperiens os suū, de singulis  
 per ordinem me docuit, ostendēs quomodo fieri, quæ me  
 tis diebus frustra cogitaueram, de facili possent. Ecce ca  
 ram dea quia nō mentior sed veritatem dico, neminem  
 ista adhuc docui, quamuis multi promittentes magna, se  
 pe rogarint, præter vnum principē cui scribo, quem de pos  
 sibilitate artis manifesto argumento feci certiores, nū  
 decet ista alios scire, quam principes, alioquin multa per  
 ea fierent mala, traditiones, deceptiones, fornicationes  
 & alia quæcunque vellent homines mali. Sed benè utitur  
 arte multa per eam bona reipublicæ facere possent, pos  
 autem ista omnia docere in omni lingua totius mundi  
 quam nunquam audiui. Hæc tibi Bosti propterea signifi  
 care volui, ne me crederes ociosum.

Haftenus verba Tritheimij. Postremo sunt aliæ inge  
 tes utilitates horum librorum polygraphiæ, quas in  
 istis libris de ratione docendi & discendi tractabimus  
 qualia



qualiacunque enim hæc videantur, tamen plus habent in recessu quam in fronte promittunt. De Steganographia cuius principia his libris abstrusa latent deo volente seorsim agemus.

## PRIMVS LIBER POLYGRAPHIAE.



**Q**UATUOR sunt atque viginti signorum latini sermonis grammata, quæ per ordinem præposita totidem symanticis dictionibus, ad votum vniuscuiusque operantis in hac arte copiosissimè per omnia deseruiunt arcanis. Sic autem paraphrasata sunt artificialiter ordinata, quod sermonem penitus latinum efficiunt, si de quolibet ordine vna duntaxat capiatur. Et notandum quod ratione sermonis nostri theutonici, vicesima quarta, littera W, in fine alphabeti assumitur, cum reliquæ omnes vtriusque linguae ministerio persungantur. Consignificantes tali per ordinem industria locauimus, ut quamlibet de vnaquaque susceperis linea, summa deductione facta manebit concordia. Circumspectione tamen opus est, ut de qualibet syntaxeos linea non capias nisi vnam, & nullam monas binario facit iniuriã. Prouidendum quoque, ut quotiens ad operationem cabalisticam accedis, prius noctis minuta omnia & singula numeres, eaq; sequentis diei gradibus proportionem debitam coniungas. Quod si minutis arcanico instituto diei gradibus finetenus non sufficiunt, cursor ventosus ad archimensorem prudenti est consilio reducendus. Nec obstat si casu fortuito nox in caput diei recidat, cum



## EXPOSITIO

*cum prudens operator in arte tantundem per voluntariam appositionem à fronte possit discedere, quanto nos viderit diei lucem superare. Et hoc per totum polygraphiæ opus de singulis est capitulis intelligendum. Et tamen considerationem unitati conferendam dicimus, qua binarius noto reuersionis indiculo, ne aberrare cōtingat, certificetur. Ex monade per constitutum binarius stabit, efficiturque monas. Nihil hic frustra ponitur, nihil sine causa vel ociosum allegatur. Propterea monemur necessario, ut omnis qui hoc polygraphiæ opus nostrum voluerit vel in toto vel in parte rescribere, diligenter primis provideat, ne ab archetypo nostro in aliquo discedat, ne dictionem quamcunque transiliat, negligat, vel transponat. Enimvero si literam, vnam seu dictionem in substantialibus omiserit, si verbum contra naturam eius mutauerit, totius processum operis inutilem fecit. Ergo aut propriè rescribat, aut non rescribat.*

\*

*Sequuntur primi ordinis cum minutis dictiones ad gradus.*





A Deus	A clemens
B Creator	B clementissimus
C Conditor	C pius
D Opifex	D pijsimus
E Dominus	E magnus
F Dominator	F excelsus
G Consolator	G maximus
H Arbiter	H optimus
I Iudex	I sapientissimus
K Illuminator	K inuisibilis
L Illustrator	L immortalis
M Rector	M æternus
N Rex	N sempiternus
O Imperator	O gloriosus
P Gubernator	P fortissimus
Q Factor	Q sanctissimus
R Fabricator	R incōprehēibilis
S Conseruator	S omnipotens
T Redemptor	T pacificus
V Auctor	V misericors
X Princeps	X misericordissim⁹
Y Pastor	Y cunctipotens
Z Moderator	Z magnificus
ꝛ Saluator	ꝛ excellētissimus
	G A Crea-



# POLYGRAPHIAE

A creans  
 B regens  
 C conseruans  
 D moderans  
 E gubernans  
 F ordinans  
 G ornans  
 H exornans  
 I constituens  
 K dirigens  
 L produciens  
 M decorans  
 N stabiliens  
 O illustrans  
 P intuens  
 Q monens  
 R confirmans  
 S custodiens  
 T cernens  
 V discernens  
 X illuminans  
 Y fabricans  
 Z saluificans  
 w faciens

A coelos  
 B coelestia  
 C supercoelestia  
 D mundum  
 E mundana  
 F homines  
 G humana  
 H angelos  
 I angelica  
 K terram  
 L terrena  
 M tempus  
 N temporalia  
 O æuum  
 P æuiterna  
 Q omnia  
 R cuncta  
 S vniuersa  
 T orbem  
 V astra  
 X solem  
 Y stellas  
 Z vitam  
 w viuentia

Aim.



A impendat	A omnibus
B conferat	B cunctis
C donet	C vniuersis
D largiatur	D credentibus
E concedat	E nobis
F condonet	F christianis
G tribuat	G fidelibus
H distribuatur	H petentibus
I retribuat	I expetentibus
K contribuatur	K orantibus
L indulgeat	L exorantibus
M exhibeat	M postulantibus
N præstet	N expostulātibus
O offerat	O quærentibus
P deferat	P christicolis
Q ostendat	Q inquirentibus
R reuelet	R requirentibus
S manifestet	S exquirentibus
T insinuet	T optantibus
V aspiret	V exoptantibus
X restituat	X præoptantibus
Y reddat	Y expectantibus
Z administret	Z sperantibus
∞ faucat	∞ desiderantibus



# POLYGRAPHIAE

A vitam	A permanfuram
B amoenitatem	B æternam
C iocunditatem	C sempiternam
D consolationem	D coelestem
E lætitiā	E supercoelestem
F gloriam	F perpetuam
G fœlicitatem	G beatissimam
H beatitudinem	H angelicam
K visionem	I seraphicam
I iubilationem	K immortalem
L quietem	L immarcessibile
M requiem	M ineffabile cū oib.
N mansionem	N incōpræhēfib. cū
O habitationem	O inestimabile unie
P recreationem	P luminosam uersu
Q fruitionem	Q splendidā
R lucem	R lucidissimā
S exultationem	S amoenissimam
T claritatem	T perennem
V pacem	V sanctissimam
X tranquillitatem	X interminabilem
Y glorificationem	Y dulcissimam
Z contemplationē	K perfectam
∞ securitatem	∞ futuram

A san-



A sanctis		A coelis	
B electis		B coelestibus	
C predilectis		C supercoelestibus	
D sanctissimis		D æternum	
E iustis		E perpetuum	
F iustificatis		L sempiternum	
G predestinatis		G secula seculorū	
H angelis		H æuum sanctum	
I archangelis		I sæculum	
K amatoribus		K regno coelorum	
L cultoribus		L altissimis	
M amicis	<i>suis in</i>	M excelsis	<i>amen</i>
N apostolis	<i>suis in</i>	N paradiso	<i>amen</i>
O prophetis		O olympto	
P discipulis		P paradyfiacis	
Q martyribus		Q olympicis	
R sanctificatis		R fulgoribus	
S dominationibus		S foelicitate	
T dilectis		T foelicitatibus	
V ciuibus		V gloriosis	
X seruis		X honore	
Y famulis		Y magnificentia	
Z ministris		Z luce perpetua	
✠ confessoribus		✠ patria coelesti	
		G 3 A Ma-	



# POLYGRAPHIAE

A	Maieſtas	A	ſummi
B	Bonitas	B	magni
C	Dulcedo	C	maximi
D	Charitas	D	ſupremi
E	Sapientia	E	excelſi
F	Poteſtas	F	optimi
G	Miſeratio	G	clariffimi
H	Benignitas	H	ſanctiſſimi
I	Manſuetudo	I	potentiſſimi
K	Excellentia	K	ſapientiſſimi
L	Pietas	L	fortiſſimi
M	Suauitas	M	mitiſſimi
N	Claritas	N	altiſſimi
O	Clementia	O	robuſtiſſimi
P	Miſericordia	P	omnipotentis
Q	Diuinitas	Q	cunctipotentis
R	Ceſtitudo	R	ſempiterni
S	Deitas	S	glorioſiſſimi
T	Immenſitas	T	ineffabilis
V	Virtus	V	inuiſibilis
X	Fortitudo	X	immortalis
Y	Dilectio	Y	inacceſſibilis
Z	Munificentia	Z	eminentiſſimi
∞	Perfectio	∞	clementiſſimi

A crea



A creatoris  
 B parentis  
 C saluatoris  
 D redemptoris  
 E principij  
 F conditoris  
 G opificis  
 H factoris  
 I conseruatoris  
 K rectoris  
 L auctoris  
 M artificis  
 N dominantis  
 O dominatoris  
 P regis  
 Q regentis  
 R imperatoris  
 S imperantis  
 T principis  
 V motoris  
 X iudicis  
 Y liberatoris  
 Z gubernatoris  
 w protectoris

A christianis  
 B christicolis  
 C fidelibus  
 D credentibus  
 E baptizatis  
 F renatis  
 G viuentibus  
 H mortalibus  
 I cunctis  
 K nobis  
 L bonis  
 M iustis  
 N pijs *semper*  
 O sanctis *ubiq;*  
 P mansuetis  
 Q sanctificatis  
 R iustificatis  
 S deuotis  
 T fragilibus  
 V diligentibus  
 X sperantibus  
 Y labentibus  
 Z peccantibus  
 w peccatoribus

G 4

A syn-



# POLYGRAPHIAE

A	fynceriter	A	prædicanda	A
B	fyncere	B	euangelizanda	B
C	fyncerissime	C	oranda	C
D	deuote	D	adoranda	D
E	deuotissime	E	exoranda	E
F	humiliter	F	colenda	F
G	humilime	G	recolenda	G
H	feruenter	H	memoranda	H
I	feruentissime	I	rememoranda	I
K	ardenter	K	cogitanda	K
L	ardentissime	L	recogitanda	L
M	prudentissime	M	speculanda	M
N	prudenter	N	inuocanda	N
O	sapienter	O	honoranda	O
P	sapientissime	P	glorificanda	P
Q	cordialiter	Q	benedicenda	Q
R	cordialissime	R	veneranda	R
S	affectuose	S	amanda	S
T	affectuosissime	T	diligenda	T
V	reuerenter	V	laudanda	V
X	instantissime	X	collaudanda	X
Y	fortissime	Y	extollenda	Y
Z	constantissime	Z	exaltanda	Z
W	hilariter	W	magnificanda	W
			A mul.	



A multis	A verbis
B permultis	B doctrinis
C quammultis	C institutis
D pluribus	D institutionibus
E compluribus	E monitis
F varijs	F monitionibus
G diuerfis	G admonitionib <sup>9</sup>
H sanctis	H inspirationibus
I sanctissimis	I dogmatibus
K sacris	K sermonibus
L sacratis	L scripturis
M sacrosanctis	M mandatis <i>nos</i>
N necessarijs	N persuasionib. <i>nos</i>
O pernecessarijs	O præceptis
P vtilibus	P consilijs
Q vtilissimis	Q iusionibus
R optimis	R hortamentis
S peroptimis	S exhortationib <sup>9</sup>
T honestis	T illuminationib <sup>9</sup>
V manifestis	V illustrationibus
X crebris	X promissionibus
Y creberrimis	Y promissis
Z continuis	Z exemplis
ꝰ salutaribus	ꝰ instinctibus
	G s      A mi-



# POLYGRAPHIAE

A miseros	A homines
B misellos	B homunciones
C miserandos	C mortales
D miserabiles	D christianos
E miserrimos	E christicolas
F infœlicissimos	F orthodoxos
G infœlices	G peregrinos
H caducos	H exules
I instabiles	I exulantes
K fragiles	K peccatores
L infirmos	L peccantes
M immundos	M viuentes
N vanos	N deuiantes
O vanissimos	O viatores
P abiectos	P morituros
Q abiectissimos	Q errantes
R perditos	R operarios
S iniustos	S mercenarios
T iniquos	T operadores
V maculatos	V dormientes
X fatuos	X terrigenas
Y stultos	Y desolatosque
Z mutabiles	Z mundanos
ww infirmissimos	ww terrenos

A im-



A imbuit	A præsentia
B docet	B mundum
C visitat	C mundana
D monet	D mundalia
E admonet	E sæculum
F præmonet	F sæcularia
G instruit	G mutabilia
H iubet	H corruptibilia
I hortatur	I vana
K exhortatur	K vanitates
L adhortatur	L terrena
M dehortatur	M carnalia <i>propter</i>
N cohortatur	N luxum <i>ob</i>
O commonet	O diuitias
P docuit	P mortalia
Q erudit	Q transitoria
R commonefacit	R labentia
S incitat	S inferiora
T concitat	T visibilia
V auifat	V caduca
X prouocat	X voluptates
Y illuminat	Y diuitias
Z illustrat	Z honores
∞ inuitat	∞ infima

A amo-



# POLYGRAPHIAE

A	amorem	A	saluatoris
B	dilectionem	B	redemptoris
C	charitatem	C	liberatoris
D	reuerentiam	D	creatoris
E	honorem	E	conditoris
F	venerationem	F	plasmatoris
G	intuitum	G	auctoris
H	memoriam	H	opificis
I	cōsyderationem	I	artificis
K	adhæſionem	K	motoris
L	acquisitionem	L	conſeruatoris
M	affectiōem	M	gubernatoris
N	deuotionem	N	imperatoris
O	vnionem	O	factoris
P	virtutem	P	fabricatoris
Q	electionem	Q	illuminatoris
R	ſpem	R	illustratoris
S	fidem	S	reſtoris
T	fiduciam	T	regis
V	confidentiam	V	directoris
X	delectationem	X	ereptoris
Y	aſſecutionem	Y	viuificatoris
Z	retributionem	Z	inſpectoris
ꝰ	mercedem	ꝰ	productoris

A ccc.



A coelestium	A contemnere
B supernorum	B vilipendere
C supercoelestium	C floccipendere:
D angelorum	D relinquere
E hominum	E derelinquere
F fidelium	F spernere:
G credentium	G abijcere:
H saluandorum	H despiciere
I archangelorum	I proijcere
K vniuersorum	K deferere:
L cunctorum	L paruipēdere: &
M omnium	M fugere: atq;
N æternorum	N calcare
O temporum	O conculcare
P mortalium	P abnegare
Q viuentium	Q postponere
R bonorum	R dimittere
S futurorum	S non curare:
T diuinorum	T negligere:
V sanctorum	V detestari:
X humanorum	X aspernari:
Y salutarium	Y ignorare:
Z spiritualium	Z nescire
ꝑ immortalium	ꝑ abhorrere

Abo-



# POLYGRAPHIAE

A	bona	A	æternæ
B	dona	B	æuiternæ
C	gaudia	C	supernæ
D	bonum	D	sempiternæ
E	donum	E	perennis
F	gaudium	F	futuræ
G	lumen	G	angelicæ
H	commodum	H	coelestis
I	regnum	I	supercoelestis
K	regna	K	immortalis
L	munus	L	inuisibilis
M	munera	M	promissæ
N	remunerationē	N	repromissæ
O	retributionem	O	sanctissimæ
P	fruitionem	P	sanctæ
Q	victoriam	Q	paratæ
R	vitam	R	præparatæ
S	gloriam	S	christianæ
T	honorem	T	perpetuæ
V	splendorem	V	coruscæ
X	amœnitatem	X	ineffabilis
Y	diuitias	Y	inestimabilis
Z	epulas	Z	incommutabilis
W	confortium	W	altissimæ

A fac.



A	foelicitatis	A	cura
B	amoenitatis	B	diligentia
C	beatitudinis	C	sollicitudine
D	iocunditatis	D	vigilantia
E	quietis	E	studio
F	mansionis	F	conatu
G	dulcedinis	G	conamine
H	habitationis	H	annifu
I	exultationis	I	desiderio
K	claritatis	K	fiducia
L	voluptatis	L	confidentia
M	iubilationis <i>omni</i>	M	cogitatu <i>prouirib.</i>
N	lætitiæ <i>totali</i>	N	cogitatione <i>p posse</i>
O	pastionis	O	sedulitate
P	honestatis	P	cupidine
Q	firmitatis	Q	cupiditate
R	securitatis	R	concupiscentia
S	tranquillitatis	S	affectione
T	requietionis	T	affectu
V	maiestatis	V	virtute
X	pacis	X	deuotione
Y	constantia	Y	patientia
Z	festiuitatis	Z	humilitate
Ⓜ	solennitatis	Ⓜ	charitate

A de-



# POLYGRAPHIAE

A desiderare  
 B querere  
 C inquirere  
 D perquirere  
 E requirere  
 F optare  
 G exoptare  
 H peroptare  
 I petere  
 K expetere  
 L appetere  
 M prestolari  
 N expectare  
 O flagitare  
 P cogitare  
 Q recogitare  
 R amare  
 S peramare  
 T diligere  
 V memorari  
 X rememorari  
 Y affectare  
 Z conspicerere  
 w suspirare

A Emendationem  
 B Poenitentiam  
 C Contritionem  
 D Disciplinam  
 E Eruditionem  
 F Doctrinam  
 G Sanctimoniam  
 H Modestiam  
 I Poenitudinem  
 K Correctionem  
 L Continentiam  
 M temperantiam igitur  
 N abstinentiam itaque  
 O Deuotionem  
 P Humilitatem  
 Q Puritatem  
 R Castimoniam  
 S Parsimoniam  
 T Patientiam  
 V Obedientiam  
 X integritatem  
 Y Prouidentiam  
 Z Mundiciam  
 w Charitatem

A mi

A  
 B  
 C  
 D  
 E  
 F  
 G  
 H  
 I  
 K  
 L  
 M  
 N  
 O  
 P  
 Q  
 R  
 S  
 T  
 V  
 X  
 Y  
 Z  
 w



A miseri	A homines
B miserrimi	B homunciones
C miserabiles	C mortales
D miserandi	D christiani
E infoelicissimi	E mundani
F infoelices	F terrigenæ
G insensati	G mundiales
H corruptibiles	H credentes
I mutabiles	I orthodoxi
K fatuissimi	K carnales
L stultissimi	L peregrini
M vanissimi	M exules
N miselli	N exulantes
O fatui	O terrestres
P stulti	P peccatores
Q vani	Q carnales
R caduci	R amatores
S corrupti	S neglectores
T corruptissimi	T contemptores
V flagitiosi	V derisores
X ignaui	X anthropi
Y iniqui	Y viatores
Z perdit	Z viuentes
ww calamitosi	ww desertores
	H A acci-



# POLYGRAPHIAE

A accipite	A sempiterna	A
B recipite	B æterna	B
C excipite	C futura	C
D suscipite	D ventura	D
E Incipite	E superuentura	E
F inchoate	F promissa	F
G assumite	G repromissa	G
H reassumite	H superna	H
I addiscite	I ineffabilia	I
K discite	K inestimabilia	K
L capite	L beatissima	L
M amate <i>quatenus ad</i>	M foelicissima	M
N seruate <i>ut ad</i>	N iocundissima	N
O obseruate	O optata	O
P custodite	P optabilia	P
Q accelerate	Q beata	Q
R induite	R foelicia	R
S conseruate	S parata	S
T practicate	T præparata	T
V frequentate	V coelestia	V
X celebrate	X supercoelestia	X
Y operamini	Y sancta	Y
Z inquirete	Z desiderata	Z
⚬ perquirete	⚬ expectata	⚬

A con-



A conuiuia	A sanctorum
B dona	B iustorum
C bona	C electorum
D gaudia	D angelorum
E solatia	E archangelorum
F præmia	F thronorum
G archana	G potestatum
H secreta	H dominantium
I habitacula	I principatuum
K domicilia	K virtutum
L receptacula	L patriarcharum
M spectacula	M prophetarum
N hospicia	N apostolorum
O festa	O martyrum
P tripudia	P innocentum
Q munera	Q beatorum
R confortia	R exultantium
S solennia	S amicorum
T vmbracula	T seruorum
V festiualia	V famulorum
X iocalia	X discipulorum
Y beneficia	Y amatorum
Z amoena	Z fidelium
⚬ regna	⚬ imitatorum

H 2

A sal-



# POLYGRAPHIAE

A saluatoris	A omnium
B redemptoris	B cunctorum
C liberatoris	C vniuersorum
D conditoris	D hominum
E ereptoris	E mortalium
F adiutoris	F viuentium
G auxiliatoris	G mundi
H plasmatoris	H nostri
I consolatoris	I terræ
K benefactoris	K cœli
L creatoris	L cœlorum
M regis	M animarū dei possessorum
N ducis	N fideiū tis Valeant
O domini	O bonorum
P imperatoris	P humilium
Q dominatoris	Q credentium
R gubernatoris	R christianorum
S remuneratoris	S orthodoxorum
T amatoris	T terrigenarum
V pastoris	V deuotorum
X custodis	X piorum
Y factoris	Y iustorum
Z nutritoris	Z mitium
✠ fabricatoris	✠ sperantium

A in.



A introduci	A in æternum
B intromitti	B æternaliter
C admitti	C sempiterne
D pertingere	D sempiterno
E ascendere	E in sempiternum
F conscendere	F in perpetuum
G venire	G perpetualiter
H peruenire	H perpetue
I ingredi	I perpetuo
K introire	K sine fine
L intrare	L foeliciter
M eleuari	M foelicissime
N subleuari	N semper
O sublimari	O iugiter
P transire	P continue
Q migrare	Q indefinenter
R emigrare	R dulcissime
S volare	S dulciter
T euolare	T multum
V peruolare	V maxime
X transmigrare	X ineffabiliter
Y perduci	Y supra modum
Z deferri	Z incredibiliter
ω exaltari	ω incessanter

H 3

A lē-



# POLYGRAPHIAE

A	lætantes	A	Cauete
B	gaudentes	B	Cauetote
C	collætantes	C	Caueatis
D	congaudentes	D	Præcaueatis
E	triumphantes	E	Recedite
F	tripudiantes	F	Recedatis
G	exultantes	G	Discedite
H	iubilantes	H	Fugitote
I	alacres	I	Fugiatis
K	foelices	K	Discedatis
L	securi	L	Fugite
M	gloriosi	M	Declinate <i>igitur</i>
N	gloriantes	N	Declinetis <i>ergo</i>
O	choruscantes	O	Abstinete
P	clarificati	P	Abstineatis
Q	beatificati	Q	Attendatis
R	illustrati	R	Attendite
S	decorati	S	Refugite
T	coronati	T	Refugiatis
V	decori	V	Refugitote
X	fulgidi	X	Parcatis
Y	fulgentes	Y	Parcite
Z	honorati	Z	Abestote
⚭	honorificati	⚭	Effugite

A. va.



A vanis	A rebus
B falsis	B opibus
C caducis	C negotijs
D spurcis	D diuitijs
E pollutis	E honoribus
F perituris	F voluptatibus
G transitorijs	G concupiscentijs
H transitis	H consolationibus
I mendacibus	I possessionibus
K fallacibus	K occupationibus
L deceptorijs	L deceptionibus
M vitiosis	M traditionib. huius
N ventosis	N solatijs <i>presentis</i>
O contagiosis	O delicijs
P falsissimis	P studijs
Q vanissimis	Q curis
R fallacissimis	R scientijs
S spurcissimis	S gaudijs
T vitiosissimis	T leuitatibus
V breuissimis	V actionibus
X corruptissimis	X curiositatibus
Y corruptibilibus	Y implicationibus
Z fraudulentis	Z sollicitudinibus
to dolosis	to exercitationib <sup>9</sup>



# POLYGRAPHIAE

A vitæ	A epulas
B incolatus	B nuptias
C temporis	C diuitias
D peregrinationis	D lætities
E conuersationis	E delicias
F mortalitatis	F visiones
G calamitatis	G cantilenas
H transitus	H consolationes
I mundi	I recreationes
K moræ	K dignitates
